



EX LIBRIS
BM
B. MENDEL




Præclara Ferdinãdi.

Cortesii de Noua maris Oceani Hy
spania Narratio Sacratissimo. ac Inuictissi-
mo Carolo Romanorũ Imperatori semper Augusto, Hyspa
niarũ, &c Regi Anno Domini. M. D.XX. transmissa:
In qua Continentur Plurima scitu, & admiratione
digna Circa egregias earũ ꝓuintiarũ Vrbes, In-
colarũ mores, puerorũ Sacrificia, & Religiosas
personas, Potissimũq; de Celebri Ciuitate
Temixtitan Variisq; illiꝰ mirabilibꝰ, quę
legẽtẽ mirifice delectabũt. ꝑ Doctorẽ
Petrũ saguorgnanũ ForoIuliensẽ
Reueñ. D. Ioan. de Reuelles
Episco. Viẽnẽsis Secretariũ
ex Hyspano Idi
omate in lati
nũ versa
ANNO Dni. M. D. XXIIII. KL. Martii:

Jacobi de Bonnissis dalmato

Cum Gratia, & Priuilegio.



¶ Beatissimo, ac Sanctissimo, Clementi Septimo Sacro Sanctæ Romanę, ac Vniuersalis Ecclesiæ Pontifici Maximo Petrus Sauorgnanus Foro Iuliensis Iuris utriusq; Doctor Reuerendi Electi Vienensis Secretarius Deuotus seruus post humillima pedum oscula Beatorum Fælicitatem.



Ntiqui omnes Cosmographi Beatissime pater tã gręci, q̃ latini in describenda terrarum Machina a Fortunatis Insulis initiũ habuere, hincq; hoc est a Solis occasu ad ortum processere Sericam vsq; regionem, & Sinarum populos gradus longitudinis Centum, & octuaginta continẽtes, & ii dimidiam tantum Orbis partem descripsere bis nonaginta continentem partes, seu vt vocant gradus, reliquam vero Orbis medietatem penitus intactam reliquere, Nec quid extra Herculis columnas præter Fortunatas Insulas, & Hesperidum cõtineretur retulere, nisi quæ fabulis potius, q̃ veritati essent consona, quamuis Athlantici Maris nauigatio eisdem penitus ignota non existeret, potissimũ Carthaginẽsib' maiori Aphricæ portioni imperantib9 perscrutata, cum etiam Insulæ AEthiopici Maris a Plinio describant̃, Qui etiã refert Naturaliũ libro sexto suo tempore magnã partem Meridiani sinus nauigari vsq; in Arabicum. Hanc quoq; nauigationem Hannonem Carthaginensem scriptis prodidisse ferunt, sed & Eudoxus quidam, cum Lathyrum Regem fugeret, Arabicum sinum ingressus Gades vsq; prouectus est: Verum istę nauigationes omnes ad Meridianum Mare, & quod Aphricam alluit, factæ sunt, & Inuentis additum est. Sed duo illa sua tempestate præclara Mundi lumina Ferdinandus Arragoniæ Rex, & Helisabeth Castellæ Regina memorię indelebilis, & Immortalis alias penitus ignotas terras, Insulasq;, vt puta Fernandinã, Hyspanã, Sancti Ioannis, & alias innumeras, postremoq; Oceani continentem, ad quam Petrariam destinarunt, fælici auspicio adinuenere: Diuini vero, & inuicti animi Carolus quintus Romanorũ electus Imperator, & Hyspaniarũ &c̃ Rex, in quo Auitæ magnanimitatis imago refulget. eorum vestigiis inherendo nõ Germaniæ. Hyspaniarum, Belgarum. Vtriusq; Sicilię, Aphricæ, & Insularũ omnium, quæ mediterraneo Mari ad Simplegades vsq; continentur, imperio contentus, vlteriores, & hactenus penitus ignotas Regiones perscrutari Iussit. quarum nomina sunt innumera. Sed cũ præclara quædam narratio per Ferdinãdũ Cortesiũ suę Sacræ Cęsareæ, & Catho: Maiestatis ad eas

Eudorus

nouas inquirendas terras pręfectum, eidem Cæsareę, & Catholicæ Maiestati trāsmissa ad man9 meas deuenerit Hyspano idiomate conscripta, ne tam magnanimi, & inuicti animi virtus, quæ Hannibali, & magno illi Alexandro considerata militū Hyspanorum paucitate non tantū æquanda, sed etiam merito præponēda esset, incognita existeret, & quasi sub modio lateret, Et quo reliquæ nationes Hyspanum idioma non intelligentes. Nouę Maris Oceani Hyspaniæ noticiam, & cognitionem habeant, pręsertim cum in ea tot insignes Vrbes, Varii gentium mores, Idolorū suorū cultus, in sacrificandis mortalibus ritus, mirabiles meschitæ, innumeræ Argenti. & Auri fodinæ, & alia plurima scitu digna contineantur, in Latinum Hyspanis clausulis penitus inherēdo viginti dierum spatio transtuli, quam Beatitudini Vestræ, Cū Narratio Consideratis Cortesii rebus gestis, & circumspectione Summo vere sit digna Pontifice, & ad eam tanq̄ in spiritualibus Dominā, cū pro maiori parte christi fidē susceperit, illi9 cognitio. & noticia pertineat, dedicare constitui, Accipiat igitur Beatitudo Vestra hilari vultu has nostræ translationis primitias, quæ si stilo Summo Pontifice dignę non videbuntur, illa mihi clementer indulgere dignabitur. Nam fœlicis mei syderis præcepto, quod, vt has transferrē. iniūxit, parere volui, ne minimā clausulā transponerem, aut immutarem, sed Hyspanis clausulis penitus inhererem, accessit & temporis tam breuis angustia, & tantum Hystoriæ veritatem hoc libro, non autem eloquii fucum inserere visum est: Christianæ ReiPublicę Deus Optimus: Maximus diu Bea. Vestram Incolumē seruet. Ex Norimberga Quarto Idus Febru. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo Quarto.

¶ EIVSDEM DOCTORIS PETRI Sauorgnani Foro Iulienſis Ad lectorem. Carmen.

Hyſpanæ gentis facta inclyta, Cæſaris & res
Auſpiciis geſtas, perlege quiſquis eris,
At te non moueat, quoties ſplendentia verba
Defuerint, ſpectes ardua facta prius,
His etenim ſcriptis licuit non eſse diſertos,
Addere plus vetuit, vertere ſic voluit,
Sic magno placitum domino, quem Numinis inſtar
Suſpicimus, vel quem Carmina noſtra canunt,
Temporis & breuitas ſic nos celerare coegit,
Forſitan & vulgus ſic mea ſcripta leget,
Ergo præclaris qui gaudes Cæſaris auſis,
Hunc quoq; tu votis concelebrato piis.
Illius auſpiciis, ꝙ ſunt hæc geſta benignis,
Huius, ꝙ mundo tam memoranda patent,

Argumentum Libri.



Erdinãdus Corteſius natione Hyſpanꝰ Sa. Ces: & Catholicę Maieſtatis in Iuchatan generalis p̃fectus, vt magnanimi viri mos eſt, a Ciuitate Cẽpoal quindecĩ leuis armaturę equitibꝰ, et peditibꝰ quingentis Hyſpanis ad Dominũ Muteezũa primatem illarum regionum Dominũ ſubigendum proficiſcitur, In itinere milites quidam Didaco Velazquez ſuadẽte deficere ſtudent, in eos de more aĩaduertit, iter proſequenti hoſtiliter obuii fiunt Incolæ e Taſcaltecal, quos fundit, vincit, & Vaſallos Sacræ Catholicę Maieſtati facit vna cum alia Prouintia

Guaxacingo nomine, illis comitantibus Ciuitatem Churultecal capit, diripit, imperataq; faciūt, Nunciat Dominus Muteezuma, ne ad eius regionem proficiscatur, Constituit cortesius proficisci, Transcendit montes asperrimos niuib9 altissimis refertos. ex quibus ingens fumeus globus ascendit visu mirabile, Hyspanis modis variis obesse studet, & delere Dominus Muteezuma, Tandem annuente Muteezuma ad Celebrem Ciuitatem Temixtitā illius regiam proficiscitur in lacu mirabiliter constitutā visis pri9 variis, & egregiis Ciuitatibus. obuius fit Muteezuma omnibus prouintiarum Proceribus assistentibus, varia pompa, & cerimoniis introducit Cortesius, quo introducto Dominus Muteezuma se in Vasallum subdit Sacrę Catholicę Maiestati, & obedientiam exhibet Cortesio, & suæ nationis originem refert, bergantinos construendos curat quatuor prefectus Cortesius, quibus, si Ciuitas defectioni studeret, littori milites posset exponere, In Ciuitate Temixtitan existenti Cortesio nunciatur, Dominum Muteezūa Qualpopoca cū aliis in Hyspanos in Ciuitate Veræ Crucis relictos, concitasse, Dominū Muteezuma leui carceris gnē mancipat, & Qualpopoca cum coniuratis adduci committit, quem adductum publice cōburi Iubet, narrātur a Cortesio miranda Domini Muteezuma palatia ad eius habitationes, narrat præterea varias domos voluptatis causa extructas, in quib9 varia animalium volantiū. & quadrupedum gnā continentur, narrat Domini Muteezuma obsequium nullo Christiano Principi comparandum, narrat religiosorum mores, & habitum, religionemq;, & quibus ex rebus Idolorum imagines conflent, Sacrificii modum in pueris. aut aliis maioribus sacrificandis, describit Meschitarum, & religiosarum domuum modū, Conuocat Muteezuma proceres omnes eidē Vasallos, vt Sa. Cath. Maie. se subdant, Iubet, quod exequuntur, & Cortesius auri plurimū, & varia alia emblemata ab eis petit, & obtinet, portum in ea ad naues suscipiendas inuestigat, & inuenit in fluuio nomine Panuco, aurifodinas inuestigat, & invenit plures, & dites, Domos Sa: Catho: Maie. extruēdas iubet a Domino Muteezuma. quæ mira arte, & celeritate conficiunt, Narrat aurum, argētum, vestes, vasa. aliaq; ex plumis mira arte contexta munera a Domino Muteezuma Cortesio data, Sa. Catho. Maie. transmittenda, Dū ipse Cortesius. Sa. Cth. Maie. res dirigit, AEmulus Didac9 Velazquez Pāphilum Naruaez octingētis peditib9, octuaginta equitib9, & tormētis plurimis ad ea loca decem, & octo nauibus malo animo destinat, hoc

Cortesio nuntiato, relictis præsidio Hyspanis in Celebri Ciuitate Temixtitā, tricentis peditibus ei obuiam proficiscitur, vt quid velit cognoscat, multa hinc inde eueniūt, vt concordia intercedat, quæ cum nō succederet, Magnanimus Cortesius Naruaez aggreditur, & capit, & eius milites sibi socios reddit, In Ciuitate Veræ Crucis existēti Cortesio nunciatur, ab Incolis e Culua Hyspanos presidio Ciuitatis Temixtitā impositos oppugnari, Præfectos cū Hyspanis ad varia loca transmissos magna celeritate conuenire iubet, & nullo repugnante Celebrē Ciuitatē ingreditur, quē vna cū Hyspanis in fortilitio aggredit̄ innumera indorū multitudo, pluries fortilitio exeūt, domos comburunt, turrim expugnant, multi ex Hyspanis interimūtur, & vulnerantur, & ipse Cortesius vulneratur, a suis Dominus Muteezuma fortuito casu interficitur, pluries Cortesium colloquiis decipere student indi, Vafer Cortesius intrepidus permanet, annonæ, & cōmeatuū caritate cum præmeretur Ciuitate egredi cū sociis, & auro Constituit, & mira difficultate, & periculo egredit̄ amissis Hyspanis plurimis, & auro, Illū insequuntur Indi per leucas viginti, & die noctuq; assidue eos oppugnant, Deueniunt ad Prouintiā Tascaltecal, benigne excipitur a Dominis illi9, vulneribus medicamina adhibent, ex Hyspanis moriuntur plures, aliqui manchi permansere, & ipse Præfect9 Cortesius sinistrę man9 digitis duobus inutilis, Sanitati pristinę nō dū restitutus bellum hostib9 e Culua, & Fędere Iunctis mouere Cōstituit Cortesius, & Incolis e Tascaltecal, & Churultecal opē Ferentibus castra mouet Contra Prouintiā Tepeaca, quam viginti dierū spatio potit̄, ex ea quosdam, quia humanis uescunt̄ Carnib9, seruituti ascribit, potitur, prouintia Guacachula, & aliis quibusdam, Bergantinos duodecim Construendos Curat, quibus Ciuitatibus in lacu Constitutis obesse possit, naues duas ad equos, & arma adducenda cum pecuniis ad Insulam Hyspanam mittit, Videbis prælia Innumera, & belli euentum ancipitem, & tandem Hyspana Virtus quanta sit, & quo Ingenio polleat Cortesius lector optime Cernes. Imprimet̄ etiam tertia Cortesii Narratio, in qua Cōtinetur Celebris Ciuitatis Temixtitan, & aliarū prouintiarum recuperatio, quæ a Sacra Cæsarea, & Catholica Maiestate vt in pręsenti Narratione demonstratū est, defecerāt.



Super Aspidem / et basiliscum ambulabis

ALTISSIMO, POTENTISSIMO, Excellentissimo Principi, Catholico Regi, magnoq; Imperatori, & domino.



A NAVI, QVAM SEXTADECIma Mensis Iulii, Anno Millesimo, quingētesimo decimo nono ex hac noua Maiestatis uestrę Hyspania expediui: Celsitudini uestrę latam, & particularem de omnibus, quæ in his locis post meum aduentum gesta sunt, & successere, informationē trāsmisi, quam Alphonso fernādez, Puerto Carrero, & Frācisco de Monteio procuratoribns Ciuitatis veræ Crucis, a me nomine Maiestatis uestrę a fundamentis constructæ, perferēdam tradidi: Et postea quia occasionem non sum nactus partim defectu nauium, et etiā, quia in acquirendis, & conciliandis his Regionib9, & Prouintiis maxime eram anxius, & occupatus, & quoniam de prędicta naui, & dictis procuratoribus nil ad nos allatum fuerat, ulterius Maiestatem uestram certiorem non reddideram de his, quę huic patrię insunt, & gesta fuere. quæ tanta, & talia sunt: Vt quemadmodū alias primis informationibus Maiestati uestræ transmissis demonstrauerā, merito noui Orbis Imperator appellari potest, & hic fortassis Imperialis titulus non minor est censendus, q̄ ille Germanorū, quē Dei Optimi Maximi auxilio, & claris suis uirtutibus Catholica Maiestas uestra imprę sentiarū obtinet. Et si sigillatim res, quæ in illis habentur exprimere aggrederer, nūq̄ finem imponerem: Ideo si forte plenā (prout Celsitudo uestra desyderat, & ipse teneor) notitiā non exhibuero: illa mihi clementer veniam dare dignabit᷑: quū ad hoc scribendi munus inhabilis sim, nec temporis opportunitas adsit: Omnibus tamen ingenii mei uiribus operam dabo omnimodam rei ueritatem exprimere: Et illud prętereą, quod Maiestatem uestram scire oportere cognouero: Et similiter mihi indulgeat Celsitudini uestrę supplico, si ad unguē quomodo, & quando res gestę sint, nō recensuero. Et si aliqua Ciuitatum, Villarum, & ipsorum Dominorū nomina prętermisero: qui audito Maiestatis vestræ nomine sese illius Seruitio Sponte obtulerūt, & in subditos, & uasallos subdidere: Quādoquidē graui quodā infortunio, quod nobis nuper euenit, ut in huius nostri operis ꝓgressu Celsitudini uestræ latius innotescet,

1519. Julij

Cortesius terras per eum inuentas nouam Hyspaniam appellat.

Cortesii excusatio.

ſcripta,& monumenta omnia,quæ cum harum Regionũ incolis in vnum congeſſeram, variis cum rebus amiſi.

Incipit Corteſij narratio.

¶ Prima relatione Sereniſsime, ac Inuictiſsime Imperator Ciuitates,& Villas,quę Regali Maieſtatis veſtræ ſeruitio ſe obtulerant,quaſq; acquiſitas retinebam,expoſueram: Innuebam prętere a mihi delatum de quodam potenti Domino: qui Monte Zuma appellabatur:quem iſtius Prouintiæ Incolæ ſecundum eorũ cõputationem per Nonaginta, aut Centum leucas ab ipſo Maris littore,& portu,ad quem applicueram abeſse putabant: Diuino fret9 auxilio,ac Celſitudinis veſtræ nominis cellebritate ad quęcũq; loca,quę inhabitaret, penetrare conſtitueram: Et pręterea recolo, me quo ad iſtius magni Domini acquiſitionem vltra proprias vires obtuliſse, fueram enim Celſitudini veſtræ ingenue pollicit9, q; illũ aut captiuũ haberẽ, aut interimerẽ, aut omnino ſuæ Regali Coronę ſubiicerẽ: Et hac ſententia a Ciuitate Cinpual,quam Hiſpalim appellari placuit,Sextadecima Auguſti ꝓfectus ſum quindecim leuis armaturę equitibus,& peditib9 quingentis melius ad bellũ accinctis, & aptiorib9,quos inuenire potui. Et pręſidio Ciuitatis verę Crucis dimiſi pedites Centum & quinquaginta,& equites duos,qui fortilitiũ, ſeu Arcem ibi conſtruendam modis omnibus curarent, quæ pene iam confecta eſt: & reliqui illã Prouintiã Cinpual, & montana contermina dictæ Ciuitati pacifica: quibus in locis arbitror eſse ad quinquaginta milia hominum ad pugnam aptorum: & quinquagĩta Villas,ac Caſtra Maieſtati veſtræ fidelia, & ſincere ſubiecta: quẽadmodũ hactenus extitere,& imprę ſentiaꝝ exiſtunt,quoniã ad meum aduentum ſubiiciebantur Domino Monte Zuma,& vt mihi retulerant, non diu fuere illi ſubditi: Et quãprimũ maximæ, & Regalis potẽtiæ Maieſtatis veſtræ fama ad illoꝝ aures deuenit: Illico acclamarunt velle eſse ſubditi Maieſtatis veſtræ, & amicitiã meam deſyderare:Rogantes inſuper,eos a prębibato Domino monte Zuma defenderem:qui eos vi,& tyrannide ſubditos detinuerat:qui liberos ab eis accipiebat,vt illos Diis ſuis ſacrificaret:Sũt equidem fideles Celſitudinis veſtræ ſubditi,eoſq; in fide permãſuros arbitror, vt a pręfati Domini tyrannide liberentur,tũ etiam quoniam a me hactenus bene tenti fuere,& maximis ſũ eos proſecutus fauoribus: Et pro maiori munimine eorũ,qui in Ciuitate remanebant, aliquos ex primatibus cum quibuſdã aliis, qui mihi in itinere nõ parũ profuere,mecũ eduxi: Et quoniã vt(opinor)

Corteſij a ciuitate Cinpual diſceſſus.

Preſidium Ciuitati verę Crucis impoſitum.

Dominiũ prouintię Cinpual fidelitas

Pueri ſacrificantur.

Nota Corteſij induſtriam.

in prima relatione Maiestati vestræ significaueram, aliquos, qui mecum transfretauerant fuisse alumnos, familiares, & amicos Didaci Valazquez, Illi moleste ferebant, quod talia ad Maiestatis vestrę nomen, & incrementū forti animo, & fælicirer exequerer, & ex ipsis quidam uoluere a me deficere, & ab ea patria recedere: & pręcipue Hyspani quatuor, quorum nomina sunt Iohannes Scutifer. Didacus Armeno. Condisaluus Dumbria nauclери (quos pilotos nominant) & Alphonsus pennato, qui (vt ipsi sua sponte professi sunt) constituerant paruam Triremem abducere, quam Bergantinum appellant: in ipso portu existentem cū pane, & carne suilla: Et interfecto Nauclero cum eadem proficisci ad insulam Fernandinam: ut Didaco Velazquez significarent me nauem ad Maiestatem vestram transmittere, & etiam admonere eum de omnibus, quę ea importarentur, & qua dicta nauis iter esset factura: ut dictus Didacus Velazquez naues in insidiis collocaret, quo dictam nauem capere posset, quemadmodum re ipsa postea executus est: Etenim quamprimū cognouit nauem meam transiuisse: iussit nauem, quam Carauellam appellant, ut nauem meam apprehenderet, subsequi: quod tamen exequi non potuit: Quoniam nimium Nauis nostra fuerat progressa: Confessi sunt pręterea alios eiusdem esse Sententiæ, vt dictum Didacum Velazquez certiorem facerent de antedicta naui: Visis confessionibus dictorum delinquentium: secundum iustitiam, & prout temporis necessitas, & Maiestatis vestræ seruitium postulabat, puniui: quia pręter familiares, alumnos, & amicos Didaci Velazquez, alii quoque prouintiam exire admodū desyderabant: cum viderent dictam Patriam tam latam: & tot hominibus refertam, paucitatem Hyspanorum consyderantes, idem sentiebant: ratus si ibi naues remanerent illi, qui desyderio defectionis flagrarent: & qui Patriam exire cuperent, facillime eisdem exire possent, & ipse pene solus remanerem: Et propterea ea, quæ gesseram in Dei Optimi, Maximi, & Maiestatis vestræ seruitio in his partibus impediri possent: Simulaui naues eas ad nauigandum non fore idoneas, illasque in littus subducendas curaui: Quapropter spem omnem abiecere migrandi ab illis locis: Et ego iter meum securius peregi: & absque aliquo timore, quoniam postquam discessissem a Ciuitate, gens custodiæ a me constituta nullo pacto mihi deesse poterat.

Milites a Cortesio deficere constituunt.

Didaci Velasquez intentio.

Puniuntur cōspirantes.

Ne aufugerēt Milites: Cortesius naues subducit.

¶ Transactis decem diebus, postquam naues subduxeram: cum exissem Ciuitatem Veræ Crucis, & peruenissem ad Ciuitatem Cin

Aduentus nauium Francisci de Garay.

Naues Francisci de Garay portum attingere nolunt.

Nuncii nauium Francisci ad Cortesium.

Responsio cortesii: nunciis Francisci de Garay.

pual, quæ abest a Ciuitate Veræ Crucis per quatuor Leucas, vt inde cęptum iter prosequerer (continet autem Leuca quatuor miliaria Italica) significauerunt mihi habitatores Ciuitatis Veræ Crucis: quatuor naues per ea littora vagari, & pręfectum, quem in Ciuitate Veræ Crucis dimiseram, ad eas Scapha transuectum: & ipsos eidem indicasse: qualiter erant naues Francisci de Garay locumtenentis, & Pręfecti in Insula de Xamayca, & ueniebant ad nouas detegendas Prouintias, Et eundem meum Pręfectum eisdem in nauibus commorantibus apperuisse, qualiter ego nomine Maiestatis vestræ habitandam susceperam illam prouintiam: & ędificaueram Ciuitatē distantem per vnam Leucam ab eo loco, ubi naues constiterant: & ꝙ eo secum proficisci poterant: meq; certiorem reddendum de eorum aduentu curaret: & si aliquibus indigerent. possent in ea releuari: Subiunxit idē pręfectus, ꝙ eos Scapha sua in portum anteiret, quem actu demonstrauit: Et in nauibus existentes responderūt, dictum portum vidisse, quoniam ante eundem progressi fuerāt, & ꝙ consilium eius exequerentur. Cunq; ipse Pręfectus Schapha ad portum iter vertisset, naues eam non sunt subsecutę, nec demonstratum portum petiere: & vlterius per ea littora vagabantur: & ꝙ ipsi Incolę, posteaquam in portum non venerant, qualis esset eorum animus, penitus ignorabant: & illico ad eam Villam, vbi naues Anchoras iecisse cognoueram, profecturus discessi: quæ est ad tres Leucas infra Ciuitatē Veræ Crucis, & cum nullus ex Hyspanis pręnominatis terram cępisset: vt eorum voluntatem, & intentionem exploratam haberem: per eadem littora progressus sum: Iamq; per Leucam aberam ab eisdem nauibus, cum mihi tres ex prædictis nauibus socii obuii facti sunt: Primus tanquam publicus notarius: & duo alii tanq; Testes, ut sui Pręfecti nomine mihi monitionem facerent, profecti fuerant: quam in scriptis attulerant: in qua continebatur, ꝙ ipse me certiorem per eos faciebat, cum ad eam Regionem primo aduentasse, & quod in ea habitare constituerat: propterea me commonefaciebat, ut inter me, & eundem Præfectum terminos ponerem: quoniam ipse Coloniam suam collocare uolebat per quinq; Leucas infra Villam Nautel, quæ abest per Duodecim Leucas a Ciuitate, quæ impræsentiarum Almeria nuncupatur: Quibus auditis responsum dedi, ꝙ eorum Præfectus personaliter ad me veniret, proficisceretur q; suis nauibus ad portum Veræ Crucis, ibi colloqueremur: & eo tunc cognoscerem, quali esset intentione, &

si forte naues suæ, aut ipsius milites necessitate aliqua præmerentur, modis omnibus eisdem opem ferendam curarem: eo maxime postq́ seruitiis Maiestatis Vestræ innitebantur: & ego nil aliud mente, & animo agitarem: nisi se offerret occasio, ut Celsitudini Vestræ possem rem gratam efficere: quam euenisse putabam: Si Pręfecto suo, & illius Militibus in Maiestatis Vestræ seruitiis existentibus opem tulissem: & illi mihi responsum dedere, q̄ nullo pacto eorum Præfectus, aut aliquis Comitum terram attingere volebat, aut eo, ubi essem conuenire: Ipse dubitans eosdem damna aliqua, posteaq́ ad me venire recusabāt loco, vbi constiterant intulisse: secuta nocte secreto me collocaui ad littus maris contra locum, vbi naues anchoras iecerant, ibiq́ delitui vsq́ ad horam Duodecimam diei subsequentis animo voluens Pręfectum, aut aliquem ex naucleris terram capturum, ut ab eis sciscitari possem, quid nam agerent, quas Regiones peragrasset (& si quid damni locis intulissent) certiorem Maiestatem Vestram facere possem: nunq́ tamen ipse, aut comitum aliquis descendit: & posteaq́ nullus descendebat: mandaui tribus illis, qui ad me cum monitione antedicta aduenerant, vt ornamenta sua exuerent, illisq́ tres ex meis commilitonibus induendos curaui: qui propere ad proximum littus profecti existentibus in nauibus acclamarunt, quibus uisis illico Scapha duodecim, q in nauibus erant, Viri balistis, & pixidibus fulciti (Sunt autem Pixides paruę manuales bombardæ, quas uulgus scopetos uocat) littori applicuere: Hyspani vero, qui ad eos acclamauerant, a littore secessere, & non aliter quam si umbra indigerent ad dumeta ibi proxima ex industria profecti sunt: & hoc pacto e scapha quatuor prosiliere: duo balistis, & reliqui Pixidibus armati, qui circumsępti a commilitonibus, quos in littore in insidiis collocaueram, capti omnes fuerunt: Vnus ex captiuis naucleris Præfectum, quem pręposueram Ciuitati Veræ Crucis, interemisset adiecto pixidi suo igni, nisi ignis fomento defuisset: qui in scapha remanserant, ad naues retro cessere: quæ anteq́ scapha ad eas aduentasset, iam ventis vela dederant anteq́ ab illis, qui in scapha erant, aliquid cognoscerent: ab eisdem quatuor, qui captiui apud me remanserunt, intellexi, qualiter peruenerant ad fluuium quendam infra per Triginta Leucas infra Almeriam, & incolę placide, & libenti animo eos susceperant, & duce pecunia omnia necessaria eisdem fuerant elargiti, & viderant aliquid auri, quod incolæ ad eos at-

Oblatio Cortesij facta sociis nauiū Francisci de Garay

Nota Cortesij industriam.

Capiuntur a Cortesio quatuor ex socijs nauiū Frācisci de Garay.

Discessus nauium Frācisci de Garay.

tulere in modica tamen quantitate: nam tantum aliarum rerũ permutatione ad tria pondera auri recęperant,& ad littus non peruenerant, sed penes conſpexerant quaſdam Colonias in ripa fluminis conſtitutas erant enim tam prope, ut facillime e nauibus conſpici poſsent, nullum ibi lapideum extat ędificium, ſed domus omnes ex palea, & limina habent alta manu fabricata: quæ omnia poſtea clarius, & latius accępi ab illo magno Domino Monte Zuma, & quibuſdam aliis, quos ipse ſecum retinebat ex dicta patria, & ab Indo, qui uehebatur eiſdem nauibus dicti fluminis accola, quem etiam ipse captiuum detinueram, & eundem Indum cum nunciis dicti Domini magni Monte Zuma ad Dominum illius fluminis, qui Panuco nuncupatur, deſtinaui, ut eũ alloquerentur, & ad ſeruitiũ & deuotionem Maieſtatis Veſtrę allicerent. Et ipse Panuco oratorem ad me deſtinauit unum ex ſuis proceribus, & (pro ut dicũt) Dominum unius Colonię, qui me ſuo nomine donauit ueſtib9 quibuſdã, emblẽmatib9, & pennis uariis, Nunciauitq; prętera illum cum vniuerſa ipſius patria admodum deſyderare ſubeſse Veſtrę Maieſtati, & meam cupere amicitiam: ego quoq; bona, quæ ex Hyſpaniis attuleram, eidem ſum impartitus, ex quibus plurimum uoluptatis accępit, & adeo, ꝙ q̃ndo naues Frãciſci de garay, quarum ſuperius memeni, reuerſę ſunt ad illa loca: mihi illico nunciandum curauit: dictas naues a pręlibato flumine quinq; dierum ſpacio abeſse, & quod eidem indicarẽ an illi, qui uehebantur illis nauibus, eſsent a mea patria, quoniam ipse omnia neceſsaria impartiretur, & nauibus iam fęminas quaſdam, & gallinas importari fecerat.

Nota modum domorum in quibuſdã partibus.

Panuco Corteſio oratorẽ cum muneribꝰ deſtinat.

Reditus nauiũ Franciſci de Garay.

¶ Per prouintiam Cinpual tribus continuis diebus progreſsus ſum Sereniſsime, ac potẽtiſsime Domine omnibus in locis bene acceptus, Quarta uero luce Prouintiam aliam ingreſſus fui Sienchimalen nuncupatam, in qua eſt Oppidum munitiſſimum tuto, & arduo loco ſitum, eſt enim ad latus aſperrimi Montis, & ad illud ingreſsus non patet niſi per locum in graduum ſimilitudinem: quem ſoli pedites, & ipsi dificillime, ſi incolæ locum tueri uelint, tranſire poſsunt: In planitie ſunt plurimæ Villæ, & Pagi vſq; ad Quingintas, Tricentas, Ducentas, & Centum habitationes, & loca hæc ſubſunt Domino

Nota montẽ arduum. et aſcenſu difficilẽ.

Monte Zuma, illi me grato excęperunt animo, & necessaria ad prosequendum cęptum iter contribuere: indicaruntq; eos optime scire, q ad eorum Dominum Monte Zuma inuisendū proficiscebamur: & pro comperto haberem illum sincere mihi amicum: ipsumq; eisdem mandasse, vt me q gratissime reciperent: ego autē eisdem de omnibus nobis concessis satisfeci gratiasq; immortales egi de eorū grato in nos animo, & impensis officiis: Exposui pręterea eisdem, q ad aures Maiestatis Vestræ illius fama peruenerat, & propterea Maiestas Vestra mihi seriose ininnxerat, ut illum Maiestatis Vestræ nomine inuiserem, illucq; illius uidendi gratia tantum proficiscebar, & sic montis cacumen transgressus sum: quod est in fine istius Prouintiæ, & illud uocam9 cacumē Dei nominis: illud enim primo in istis partibus transiuimus, quod est tam arduum, & excelsum, ut par sibi in Hyspaniis, quo ad difficutaltę transeundi inuēiri posse minime cogitem, illud tamen tuto transiui: & in ipsius cacuminis descensu sunt aliæ Villæ Castro cuidam, quod Teyxnacan appellatur subiectę, quarum Incolæ nos quoq; benigne excępere non minus, q illi ex Sienchimalen, declararuntq; bonum Domini sui Monte Zuma in nos animum, & alia eadem multa, quæ nobis alii superius apperuerant, ipse pariformiter omnibus integre satisfeci.

Contribuuntur Corresio necessaria ab Indis.

Cacumen dei nominis.

¶ Et inde digressus trium dierumspatio loca sine domibus, & inculta emensi fuimus, & propter sterilitatem, defectum aquarū, & intensa frigora deus cordium scrutator Testis est, quæ, quanta, & qualia, & pręsertim Siti, Fameq; perpessi fuerim9, & pręcipue ex maximo grandinis. & aquarum turbine, qui in illa inhabitata Regione nos intercępit, quo vrgente ratus sum mulros ex nostris frigore perituros: Mortui tamen sunt plures Indi, quos nobiscū ex Insula Fernandina duxeramus pannis, & uestibus obsiti: post eos in solitudine peractos dies aliud excelsum montis cacumē, nō adeo tamē arduū, ut primū extiterat, pertrāsiuim9: in cui9 vertice turris modicę magnitudinis erat pene colūnis lapideis similis, quibus apud nos in triuiis, & locis aliis Sacrosāctę Imagines Venerādæ imponūtur: in qua Deos suos collocarant: Circdabāt turrim pdictā plurima icisa ligna in struē cōgesta, &

Frigore homines aliqui moriuntur.

forte ultra Mille currus: & ab euentu appellauim9 lignorū Verticem, in descensu autem ipsius Verticis est vallis multū habitata inter duos aspernmos mōtes cōstitura, & prout cōiicere potuimus habitatores satis pauperes erant, & per duas Leucas per loca sēper habitata progressus deueni in planiorem regionem: in qua nobis visum est Dominum illius Prouintiæ residere debere: ibi enim melius ędificatæ domus existebant, quam aliquo in loco, vbi fuerimus, omnes erant ex quadratis lapidibus, & nouiter constructæ: illis enim decoræ multæ magnę, & sumptuosę aulæ, & optime fabrefactæ, beneq; ordinatę inerant habitationes: Vallis hæc, & Coloniæ nominantur Cartaney earum Dominus, & habitatores lęto vultu me recepere: & commode sunt hospitati: Posteaq; illum allocutus sum Vestræ Maiestatis nomine, & ei mei aduentus ad has Regiones causas exposui, ab eo petii an subesset Domino Monte Zuma, aut si alterius cuiuslibet factionis existeret: illi maximā attulit admirationem Perscrutatio mea: & respondendo dixit: Quis non est subditus, & subiectus Domino Monte Zuma: Innuens q; feré vniuerso Terrarum Orbi dominaretur: Tunc eidem vires, potentiam, & etiam in varias gentes, & nationes ampla Maiestatis Vestræ Imperia abunde recensui: & plurimos potentiores Dominos Monte Zuma, Celsitudinis Vestræ Imperio parere: quod sibi gratum fuit auditu: & similiter Dominum Mōte Zuma, & reliquos Incolas illarum Prouintiarum facere oportere, eumq; illico, vt se in Vasallum Vestræ Maiestatis subderet requisiui addēdo, q; si se in Vestræ Celsitudinis Vasallū subderet, esset inde plurimum fauoris, & honoris consecuturus: Et ut Maiestas Vestra dignaretur illum benigne suscipere, petii in signum subiectionis ab eo aliquid Auri Celsitudini Vestræ transmittendum: Et replicauit se quidem Aurum tenere, aliqd tamen ex eo se mihi daturum negauit: si Dominus suus Monte Zuma eidem non commisisset: & si ipse Dominus eidem mandaret, Corpus proprium, Aurum: & quicquid possidebat, impendere paratus existebat: & ne illum exacerbarem, & ne ab incępto, & inita sententia desistere cogerer: meliusq; fieri potuit, omnia dissimulaui: & ipsi responsum dedi, me sperare Dominum Monte Zuma ꝓpediem eidem mandaturū, q; Aurum, & alia, quæ obtinebat, & cōmode dare posset nobis impartiri deberet. Huc mei vidēdi causa uenere & duo alii ꝓceres, qui eadē in valle Dominia sua obtinebāt, alter ꝑ quatuor leucas inde

Nota domos esse ex lapidibus quadratis et optime constructas.

Nota. Dn̄m Monte Zuma in his partibus esse maximum Dn̄m.

Aurum a Regulo petit Cortesius. quod se daturum negat regulus.

Alij proceres Cortesium adeunt salutandi gratia.

scensu, alter vero per duas in ascensu eiusdem Vallis: obtulere torques quosdam aureos modici tamen valoris, & momenti, & octo seruos: ibi fuimus spacio quinq̧ dierum: Illis contentis relictis puenimus adresidentiã vni9 ex Dominis superius nominatis per duas Leucas in ascensu Vallis Yztalmastitam, eius Dominium, & Colonia continuabatur assiduis coniunctis, & adherentibus domibus, & ędificiis per quatuor leucas in ripa cuiusdam fluminis, qui ea Valle pręterlabitur, in proximo colle residet Dominus in optima, & tuta arce, cui similem non esset inuenire in media parte Hyspaniarum: Arx est muris validis circumdata, antemuralibus, & fossis profundissimis: & in collis vertice est Colonia habitationum ad Quinquies Mille, domus apte constructæ, aliquantulum ibi homines ditiores, q̃ inferius cernebantur: hic bene fuimus: & ipse loci Dominus, se Domini Monte Zuma vasallum professus est: hic dies tres consumpsi, Partim vt milites reficerem a laboribus, quos in transeunda inhabitata supradicta Prouintia perpessi fuerant, partim ut expectarem quatuor ex incolis e Cinpual, qui mecum proficiscebantur, & eos Nũcios iam miserã ex Catamian ad eam magnam Regionem, quã Tascaltecal appellant, quam non multum abesse affirmabant, quod etiam postea apparuit: & significarunt mihi, ꝙ incolę dictę Regionis erant maxima secum iuncti amicitia, & acerrimi hostes Domino Monte Zuma: & omnis illa Regio erat contermina Regioni Domini Monte Zuma, & assidue duę illę Prouintiæ bella inter se nutriebant, & putabant, ꝙ ipsi maxime lętarent̃ meo aduentu, & omnem possibilem fauorẽ mihi esse pręstituros, si Dominus Monte Zuma aliquid vellet cõtra me aut Machinari, aut obstare: Illis tamen diebus, quibus fuimus in pręlibata valle, qui fuerunt octo, nunq̧ dicti nuncii rediere, quesiui tunc ab illis primatib9 e Cinpual, qui aderant, cur dicti nuncii non rediissent, Illi responderunt, ꝙ forte Regio multum aberat: & tam breui tempore reuerti non poterant: Ipse prospiciens, illorum aduentum differri: & incolas e Cinpual mihi omnimodam, & tutam dictę Prouintiæ amicitiam proponere, illuc profecturus discessi: & in ipsius Vallis egressu, murus sectis lapidibus fabricatus existebat: in altitudinem hominis cum dimidio, qui incipiebat ab vno montium, & ad alium protendebatur: & erat latitudinis viginti pedum: in cuius muri summitate gradum constituerant ad pedem cum dimidio: in quo dimicantes, & lapides eiicientes consistere possent: & illius ingressus non erat ampli-

Munera cortesio data.

Nota Arcem munitissimã.

Prouintiales e Tascaltecal sunt hostes domini Monte Zuma.

Nota: murũ mirabiliter ab Indis fabricatum.

Cōtinua bella inter Prouintiā Tascaltecal: et mōte zuma.

or decem passuum spatio, & hoc ingressu murus duplicabatur ad formam antemuralis, & ingressus non rectus, sed inobliquū ductꝰ, a quibus sciscitatus sum, in quem usum murꝰ ille ibi foret constitutus: retulere ea de causa fabricatum, quoniam in confinibus illius Prouintiæ Tascaltecal constituti erant, quæ Domino Monte Zuma aduersabatur, & illi hostes esse consueuerant, & incolę eiusdem uallis assidue illis bellum inferebant, & me hortati sunt, postq̃ ad videndum Monte Zuma eorum Dominum proficiscebar: nullo pacto inimicorum suorum Regionem attingerem: quoniam pessimi existebant, & forte aliquid mali, & incommodi mihi, & meis inferre possent: & illi me semper per Regionem Domini Monte Zuma deducendum curarent: & in ea semper optime reciperer, & commode hospitarentur: Illi vero e

Cōsilium hominum e Cinpual Cortesio datum.

Cinpual, ꝙ nullo pacto eorum consiliis parerem admonuere, sed per Regionem Tascaltecal prosequi deberem: quoniam quicquid illi mihi suggesserant, eo animo factitabant, ut ab illiꝰ Prouintiæ amicitia segregarer, omnesq; illi e Monte Zuma erant iniqui, & proditores: & si eorum verbis fidem adhiberem, eo me deducerent, vnde postea exire non possem: Et quoniam ego plus fidei adhibebam hominibus e Cinpual, q̃ e Monte Zuma, eorum

Ingressus Hyspanorū i prouintiam Tascaltecal.

Consilio adhesi secutus incęptum iter per Territorium Tascaltecal: Commilitones meos maiori cura, & industria, quibus fieri potuit conducebam, & forte fortuna septem comitatus equitibus antecedebam quasi mediæ leucæ spatio, illud animo uoluens, quod mihi postea occurrit, ut Regionem perlustrarem, ꝙ si quid eueniret, mihi tempus ad colligendos, & ad pugnam ordinandos milites suppeditaretur: Postq̃ fueram per leucas quatuor progressus, in cuiusdam parui collis ascensu duo ex meis equitibus conspexere Indos aliquos uenientes pinnas capitibus suis gerentes, quibus maxime in bello ad ornatum utuntur, ensibus, & breuibus parmis fulcitos, qui quamprimum equites viderunt, dederunt terga fugę: tunc temporis ad eos aduolaui, eosq; reuocandos commisi, & ꝙ minime timerent significaui: eo pacto ad eos profecti fuimus, erant numero quindecim, qui se illico constipauere, ut nobiscum certarent, & uociferare cęperunt innu-

Pugna inter Hyspanos: et Indos e Tascaltecal.

entes, ꝙ illi, qui in valle quadā latebant eisdē subuenirēt, & adeo nobiscū uiriliter decertauere, ꝙ duos equos perimerūt, & tres vulnerarūt, & duos equites: isto interim prodiere ad Quinq; Millia hōm, et hoc istāti aduenerāt octo ex meis eqtibꝰ, pręliū iniuimꝰ, & aliq̄ndo eos retrocedere coegimꝰ, donec aduētarent Hyspani,

quibus nunciatum miseram equitem ex meis, ut properarent: & eo in certamine aliquid damni illis intulimus, quoniam ipsorum interfecimus ad sexaginta sine aliqua nostri iactura, aut incómodo, quamuis uiriliter, & audacter pugnarent: tamen cum essem⁹ equites, poteramus in eos irruere: & tuto retrocedere, audito nostrorum aduentu abiere: (erãt enim pauci numero) post eorũ discessum uenerunt ad nos nuncii, qui se missos a Dominis illarũ Prouintiarum asserebant: & cum illis duo ex nunciis, quos iam commemoraui ad Prouintiã Tascaltecal destinasse asseuerãtes, q Domini Prouintiarum eorum, quę successerant, erãt penit⁹ insontes: quoniam erant communitates, & illud sine illorum cõsilio perpatrauerant: & maxime contristabantur offerentes se ad equos occisos persoluendum, & mei amicitiam admodum cupiebant: & ad eos absq; metu fraudis proficiscerer, quoniam lęto, & grato animo me susciperent, Respondi, q illis gratias maximas agebam, uolebamq; eorum morem gerere uoluntati: ea nocte mihi, & sociis necesse fuit in campis degere per leucę spatium, vbi ea uenerant apud torrentem quendam, tum quoniam tarda erat hora, cum quoniam milites itineris labore premebantur, ibi dispositis uigilibus, & excubiis tam equitum, q̃ peditum, donec illucesceret constitimus: & inde agmine composito (ante, & retro, qui agmen tutarentur collocatis militibus, & pręeuntibus pręcursoribus) discessi, & orto iam sole cum ad paruum Oppidulum peruenissem, alii supradicti duo nuncii ex Tascaltecal mihi flentes obuii facti sunt: & indicarunt gentes illas, vt eos interimerent, illis uincula iniecisse: & ea nocte furtim aufugerant: non per binos lapidis iactus apparuit multitudo Indorum optime armatorum, & elato clamore pęeliari nobiscũ cępere sagittas, & iacula in nos proiiciẽdo, ego adhibitis interpretibus, quos mecũ adducebam, assistente notario eos monere cępi, me secum pacem desyderare: quanto plus monebam, tanto plus armata manu contra nos instabant: & uiso quod monitiones non proderant, cępimus nos defendere, & eosdem offendere, quantum uires suggerebãt: & sic certando, nos deuenimus intra forte Centum Millia armatorum bellatorum, qui nos vndiq; circundederant: Certauimus acriter ea die vsq; ad horam ante solis occasum: quia eo tunc hostes se recepere: & sex Bõbardis, sex pixidibus, quadraginta balistis, Tredecim equitibus, qui supererãt, & supranominatis peditibus multum hostibus damni, & terroris inieci absq; meorum iactura, & detrimẽto pręter laborem pugnãdi, Sitim, & Famem,

Indorum legati ad Hyspanos.

Cortesij Legationi Indorum respõsio.

Certamẽ ineunt Indi cũ Hyspanis.

Centũ Milia Indorum pugnam cum Hyspanis ineunt.

et uere apparet, ea die Deũ Optimũ, Maximũ pro nobis cõtra hostes nostros pugnasse: cum in tanta hominum multitudine tã ardenti animo, & dexteritate ad bellum concitata, & tot generib9 armorum fulcita illesi permanserimus, & liberi: Ea nocte castra posui ad quandam paruam turrim in proximi collis vertice constitutam: quæ Diis suis erat dicata: Die illucescente (quoniam ipse eis bellum inferebam) tormenta cum ducentis viris in castris reliqui, & tredecim equitibus, & Hyspanis centum vna cum quadringẽtis Indis, quos e prouintia Cinpual eduxeram ad eorum damna profectus sum: Anteq̃ hostes sui colligendi copiam haberent, sex pagos igne consumpsi usq; ad centum habitatioẽs pro quolibet cõtinentes: & captis forte tricẽtis utriusq; sexus personis meos sospites in castra reduxi, quãuis vsq; ad ea nobiscum certando insecuti fuerint: Postero autẽ die summo mane forte Centum, & quinquaginta millia hominum castra nostra adorti sunt, & tanta erat hostium multitudo, ut illis loca omnia operirent, & tam audacter, & strenue adoriebãtur castra, ut illorum aliqui eadem ingressi fuerint, & in eis cum Hyspanis congrediebantur, in eos irruimus: & ita Deo Optimo, Maximo opẽ ferente effecimus, & quatuor horarum spatio castra nostra ita munita reddidimus, ut nobis in eis consistentibus nullo pacto damnum inferre possent, q̃uis sępius in nos irruerint, & sic nos pugnantes in noctem fere detinuere, qua appropinquante retrocessere: Secundo die postquã ad turrim castrametatus fueram, ante lucem magno omnium silentio, adeo quod nullus hostium resciuerit, cum equitibus, centũ peditib9, & Indis amicis meis castris egressus sum, & discurrens ad decẽ colonias igne consumpsi, quarum vna ascẽdebat ad ter mille domos: & cum habitatoribus illius coloniæ tũc nobis pugnandum fuit, quoniã pręter eos, nullus nobis erat molestus, cum reliqui abessent: & quia Sanctę Crucis insignia pręcedebant, & pro Catholica fide, & pro Celsitudinis vestrę Regali seruitio pugnauim9, Omnipotẽs tot vires fœliciter subministrauit, q; absq; nostro incõmodo ex eis multos neci dedimus: & ante meridiem maxima hostium multitudine vndiq; afflu ẽte adepta iam victoria in castra nos receperam9: Tertia autem luce Legati ab eisdem Prouintiarum Dominis ad nos conuenere asserentes, uelle Maiestati vestræ subiici: & mihi esse amici, rogantes insuper, vt illorũ commissis erroribus indulgerem, cibariaq;, & alia ex plumis, quibus illi utuntur, & pennis fabrefacta, quę apud eos maxime estimantur nobis attulere: illis responsum benignũ

Egressus Hyspanorũ e Castris ad hostium damna.

Indi Castra Hyspanorum oppugnant.

Secund9 Hyspanorũ e Castris egressus ad hostiũ damna.

Legati Indorum ad Hyspanos pacem petentes veniunt.

reddidi commemorans eos minus belle fecisse,tamen eos in amicos suscipiebam, indulgebãq; omnibus,quę contra me ꝑpatrauerant: Quarto die in castra nostra introiuere quinquaginta Indi, & prout elicere potui inter Incolas omnes maximę auctoritatis,qui afferendorum cibariorum gratia aduentasse simulabant, circumspiciebantq; curiose nostrorum castrorum ingressũ, egressumq;, & casulas quasdam, quibus inhabitabamus: Illi vero e Cempual me secreto monuerũt,ut animaduerterem,quoniam illi erant, animo iniquo,& nulla alia de causa in castra nostra peruenerãt,nisi exploratũ,quib9 modis nobis maxime obesse possent, & pro comperto haberem, eos nulla de alia causa eo aduentasse, Ego unum ex ipsis secreto capiendũ curaui,& adeo secreto, ꝙ nullus sociorũ pręsensit, & adhibitis interpretibus illi timorem inieci,ut de his,quę ab eodem peterem, uera referret,qui mihi fassus est, ꝙ sintegal prouintię illius supremus dux,& pręfect9 maximis hominũ copiis post collem contra Castra nostra latebat, ut futura nocte nos incautos adoriretur, asserebat enim, ꝙ iam tribus diebus nobiscum periculum certando fecerat, nil tamen ꝓficere potuerat, & admodum optabat nobiscum noctu congredi, ne equites nostri, tormẽta, & enses commilitonibus suis terrorem inferrent,& ipsos castra nostra exploratum destinauerat, & loca, ꝑ quæ ad nos facilis esset ingress9, & quo pacto eas casulas cõburere possent:& illico alium capiendum curaui ex eisdem quinquaginta,& eadem,quæ a primo audiueram secundus quoq; narrauit,& eisdem uerbis,& postquam illi duo erant conformes, alios quĩq;,& postremo reliquos oẽs quĩquagĩta capiẽdos cõmisi,& eisdem manus amputandas curaui,eosq;,ut Domino suo significarent, dimisi,ꝙ die noctuq;,& quandocunq; ad nos proficisceretur,experiretur,quales essemus futuri, tutiora castra nostra reddidimus,& milites in locis necessariis collocaui, & hac sententia fuimus,donec nox superueniret,qua secuta hostes iam binis Vallibus,ad quas se secreto peruenturos putabãt, ut nos circundarẽt, & propius accederent, ut illud, quod animo proposuerant, executioni mandarent, collẽ descendere cęperunt:Cum iam ad omnia accinctus, & paratus existerem, mihi uisum est,si eos castris nostris appropinquare permitterẽ,aliquid incõmodi nobis facillime euenire posset,quoniã nocte non cernentes milites,qui mecum essent,deposito timore in nos irruerent:& etiam,quia nostri milites Hyspani plus timoris haberent eos nõ uidendo:& pręterea timui, modo aliquo casulis nostris ignem inicerent:quod si

Hactenus est Cinpual 7 nõ tezunia. q̃a ita erat in libro manu scripto transmisso.

Cortesij circumspectio ãteq̃ castra sua Indi aggrediantur.

Occultant̃ hostes. ut Hyspanos noctu incautos adoriantur.

Quinquaginta Indis exploratoribus manus amputantur.

euenisset, tanto incōmodo nobis fuisset: ꝙ null9 nostrū euadere valuisset: constitui equitibus, ut eos deterrerem, turbarēq̃, in hostes impetū facere, quod ex sententia successit: Nam quam primū nos contra eos equitib9 sine timore, aut clamore, audacter irruentes audiuere, depositis armis per montes sese deiecere, & tanta multitudo se deiicientiū fuit, ut illis plena esset omnia circum uicina loca: dimiserunt etiā cibaria, quæ secū attulerant, quibus uti uolebant, si nocte ea nos non debellassent, aut penitus eradicassēt, & eo pacto tuti remansim9: his cōfectis aliquot dieb9 castris nos cōtinuim9, & ea egressi non sum9, nisi circū circa, ut quorundā Indorū ingressū tueremur, qui nobis prelia leuia maximis clamorib9 inferebant, & aliquam diu fuimus in castris non sine merore. Postea uero una noctium acceptis centū peditibus, equestrib9 omnibus, & Indis mihi amicis post custodiā primæ uigiliæ castris exiui, & postq̃ aberam per spacium vnius leucæ a nostris Castris, quinq̃ equites cum equabus, quibus insidebāt, corruere: quę nullo pacto ulteri9 progredi potuerūt, & eos in castra remisi cohortantib9 sociis, ut ipse cū eisdem reuerti deberē, quia illud malo omini ascribebāt, ego uero animo uoluens deū preesse naturæ, iter inceptū prosecutus sum, & anteq̃ illucesceret, inuasi duas colonias, in quibus multos interemi, eas tamē igne concremari non sum passus, ne uiso incendio me ad esse reliquæ colonię, quæ proximę erant, presagirēt: Et postq̃ dies aduenerat aliā coloniam adortus sum, adeo latā, ꝙ ut ex inuestigatione postea per me diligenter facta cognitū est, in ea erant uiginti millia domorū: illi incauti, & ad talia imparati, inermes exibāt domibus, & feminæ pueris mixtæ nudę passim per uicos cernebantur, quibus damnū inferre cœperā: uidentes, ꝙ nullo pacto obsistere poterant, aliqui ex primatibus dictæ coloniæ ad me supplices uenere, rogantes, ut ulterius eisdem damna inferri nō paterer, quia uolebant Maiestati uestræ subiici, & esse mei amici, & ꝙ optime consyderabāt eos sui damni fuisse auctores, quoniam uerbis meis fidem non adhibuissent, sed posthac optime cognoscerē, eos preceptis meis obtemperatū iri, & essent fideles, & uere Maiestatis uestræ subditi, & depositis armis, ad quatuor millia hominum mihi præsto fuere, & optima ad quendam fontem cibaria nobis attulere, & sic eis pacificis relictis, in castra sum reuersus: in castris existentes maximo timore perculsos offendi, suspicātes aliquid mali nobis euenisse, ꝓpter dictorū eqtū lapsū, qui in castra cū equab9 suis redierāt: qui audita uictoria, quā Dei

Progreditur e castris cōtra Indos Cortesius solis equitibus

Castris egreditur Cortesius ad indorū damna.

Pacē supplices a Cortesio indi exposcūt.

Reuertit adepta victoria in castra Cortesius.

clementia nobis concesserat, & nostrę amicitiæ fuerāt coniunctę coloniæ, maximo gaudio repleti sunt: Et sciat Maiestas Vestra, ꝙ null9 nostrū erat, qui non maxime sibi timeret, cum tantū in eorum prouintiā penetrasse nos uideremus, & in tanta, & tali hominū multitudine, & sine aliqua spe subsidii, & adeo, ut propriis auribus audiuerim, & dicebāt in suis colloquiis, & publice Petrus Carbonero, ꝙ ego eos illuc deduxerā, unde nunꝗ exirent, & plus dum colloquerent̄ milites in casula quadā, nec me cernerēt, ausi sunt dicere, ꝙ si parū prudēs existebā, & eos, unde exire nō possent, collocare uellem, illuc subsequi non deberent, sed ad naues reuerti, & si secū ire uellem, poterā, sin minus me ibi desererent, & pluries, ut huic illorū opinioni acquiescerē, institere, ego eos iubebam bono esse animo, & ꝙ recordarentur se vestræ Maiestatis subditos, & ꝙ nunꝗ Hyspani alibi animis defecerant, & eram9 in ea fęlicitate, ut acquirere possemus Maiestati Vestræ maiora regna, & imperia, quæ in uniuerso terrarū Orbe comperiāt̄, & tales nos præstare oportebat, q̄les decet optimos, & Christicolas contra infideles pugnantes, & ꝙ in alio sęculo summā fælicitatē acquirerem9, & in hoc maiori potiremur honore, & gloria quam aliqua unquā natio fuerit hacten9 cōsecuta, cōsiderarētꝗ Deū Optimū Maximū, cui nil impossibile, nobis adesse, quod luce clarius cōsiderare poterāt ex uictoriis, quas eius auxilio obtinuerant, quibus tot hostium periere, & ex nostris null9 penit9: Dixi præterea multa in hanc sententiam, & certe Regali Maiestatis Vestræ fauore animis maxime resipiscere cæperūt, eosdem in meā sententiā traxi, mihiꝗ obediētes reddidi, & ad finē inceptis nrīs imponendū paratos disposui: Postera uero die hora decima ad me profectus est Sicutengal totius illius Prouintiæ Dux, & præfectus, cū Quinquaginta ex primatib9 eorū, & Magiscacin, quæ primaria dignitas est totius illius prouintiæ, & aliorū plurimorū Principū, & Dominorū in ea nomine, deprecati sūt, ut eos in Celsitudinis uestræ regale seruitiū reciperē, et meā amicitiā, suis ꝗ preteritis erroribus parcerē, quoniā illi nullā nostri noticiā, aut cōsuetudinē pri9 habuerāt, necq essem9 cognouerāt, modis tamē omnibus tam die ꝗ noctu periculū fecerāt, ne alicui subiicerent̄, nullo enim unꝗ tēpore dicta prouintia alicui inseruiuerat, nec aliū externū habuerat, aut habebat in Dominū: sed ab hominū memoria semper liberi uixerant, & semper se defenderāt ab illo potēti Domino muteezama, & illi9 patre, & auo, & quāuis illa prouintia tota esset illi subiecta; eosdem tamen subiectos nunꝗ

Hyspanorum militū metus.

Hortat̄ Hyspanos Cortesius ut deposito timore su͂sceptum iter ꝑsequantur.

Concludunt Hyspani milites uelle Cortesij incępta prosequi.

Ciuitas e taiscaltecal semꝑ libera vixerat. nec alicui se subdiderat ante Cortesij aduentum.

Qualiter illi e Tascaltecal claudebantur a Prouintijs domini mutece zuma.

facere potuerāt: quamuis undiq; circumdarentur, & nullū a patria exitum obtinerēt, & nullū salis usum habebāt, quia in sua prouintia non cōficiebatur, nec permittebāt extra prouintiā eos emptum proficisci: nec utebantur uestibus bombycinis, eo namq; loci non nascitur ob intensa frigora, & aliis plurimis rebus ad usū humanū necessariis carebāt: quia undiq; claudebātur: quę oia placide, & ex animo patiebantur, ne alicui subiicerentur, & idē mecū agere omnibus uiribus fuerant experti, & aperte uidebāt, q oia quę experti erāt, nec illorū uires eisdē pdesse potuerāt, & malebant Vestræ Maiestati subiici, q̄ crudeliter trucidari, & domos suas destrui, uastariq;, & coniuges, liberosque abduci, ego

Verba Cortesij ad Incolas e Tascaltecal.

Respondi, q ipsi cognoscere poterant, ipsos met eorū damnis fomenta prestitisse: & ad eorū prouintiā ueluti amicam, propitiam, & fauorabilē uenire cogitabā, Quemadmodū illi e Cempoal multoties retulere eos esse, & esse desyderare, & propterea premiserā nuncios meos, ut eos de meo aduentu certiores facerent, & amicū meum animū in eos demōstrarent, queādmodū ex illis e Cempoal gratū esse percęperā, me sine aliqua responsione, & sine metu procedentē fuissent aggressi, & duos ex equis interemissent, & alios uulnerassēt, & postq̄ mecū pugnauerāt legatos suos ad me destinauerāt, gesta illa omnia illis insciis, nō sui uoluntate, aut consilio processisse asseuerātes, & q cōmunitates quædam illis incōsultis motę fuerant, & illi eas iam redarguerant, & meam amicitiam desiderabant, & ipse crediderā ea uero animo profecta, responderam per eos proposita, mihi cordi esse, & libere sequenti die, tanq̄ ad amicos, hospitatū ueni apud eosdem, & qualiter tota sequenti die me in itinere quoq; oppugnauerant, donec nox superuenisset: aliaq; omnia, per eosdem cōtra me gesta, & perpatrata, recensebā: quę, ne Maiestatis Vestrę sacras aures obtundam, pretermitto, & Conclusiue, illi remanse

Subiiciuntur Cortesio Incolę e Tascaltecal.

re subditi Maiestatis Vestræ & se, & bona eorū eidem Maiestati Vestræ obtulere, & tales hactenus inueni, & in futurum me inuenturum spero, pro ut in progressu latius Maiestati Vestræ patebit, ea turri, & castris eisdem me continui diebus sex, cū adhuc illis nō cōfiderem, nec recedere uolui, quamuis pluries ipsi

In castra Cortesij ueniūt domini e Tascaltecal rogando ut ad ciuitatē pficiscatur.

enixis precib9 efflagitassēt, ut accederē ad quandā magnā Ciuitatem, ubi uniuersi illius prouintię proceres, & Domini residebant, donec omnes illi Domini ad castra me rogatum uenerint, ut Ciuitatē ingrederer, & meli9 necessaria in Ciuitate, quam in castris suppeditarent: Et moleste ferre dicebāt postq̄ eorū eram ami

cus tam malũ fuissem sortitus hospitiũ: Ideo eorũ precibus uictus, Ciuitatem sum ingressus, quæ leucas sex aberat a dictis castris, & turri, quibus cõsederam, quę Ciuitas est adeo ampla, & admirabilis, ꝙ quamuis plurima, quæ recensere possem pretermittã, tamen illud adhuc incredibile uideatur, quoniam eam arbitror esse ambitu latiorẽ Granatensi Ciuitate munitioréq̃, & tam cõspicuis, & forte opulentiorib9 ędificiis, & maiori populo, quam erat Granata, eo tempore, quo a nostris e maurorũ faucib9 erepta est, & multo abundantior reb9 patriis, ut pane, auibus, piscibus, tam ex fluminibus, q̃ lacub9, & his, quæ in uenationibus capiuntur, rebusq̃ aliis, quibus pro ipsorum uictu fruunť optimis: Hac in Ciuitate est forũ, in quo quotidie cernũť ultra triginta millia hominũ ementium, & uendentiũ, ultra alia plurima parua fora, quę in Ciuitate reperiuntur, hoc in foro habenť omnia indumentorũ genera uenalia, quibus illi uti consueuerũt, sunt ibi loca disposita ad uendẽdũ aurũ, argentũ, lapillos, aliaq̃ genera emblematũ, & plumarũ, tam bene cõptarũ, ut in nullis foris aut plateis uniuersi terrarũ Orbis ornatiores comperiri possent, sunt ibi uenationes adeo aptę, ut nullis optimis ex Hyspaniis, cedere debeant: uenduntur holera, & herbæ medicinales ligna, carbonesq̃, in bona quantitate: habentur balnea, & deniq̃ inter eos uiget aspect9 cuiuslibet boni ordinis, & regulę, & est natio multę rationis, & talis, ꝙ melior sibi in Africa non esset cõparanda: ista Prouintia habet ualles, planiciem, ornatas, laboratas, & seminatas, adeo ꝙ nil a cultura uacat. & ut colligere potui gens ista sequitur Venetorũ, Ianuensium, Pisanorũq̃ regimen. Quoniam nullũ habent Dominũ, plurimi sunt Domini, omnes in eadem Ciuitate morã trahentes, Incolę patriæ sunt coloni, & istis Dominis subiacent, & quilibet proprias habet Ciuitates, sed unus plus alio, & pro negociis emergentibus, & bellis in unũ conueniunt omnes, & suis rebus consulunt, & constituunt, arbitramur eosdem ordinem aliquẽ in administranda Iusticia, & ut mali castigentur, obtinere: quoniam quidam ex suis incolis, uni ex nostris, subtraxerat aliquid auri, illud nunciaui eorũ Magiscacin, qui est maior inter eos, illi diligentiã omnem adhibuerũt & eundem insequendũ curarũt, usque ad quandã Ciuitatẽ, quæ adiacet prouintiæ illi, Churultecal nominatã, illũq̃ reduxere, & ad manus meas redigere, una cum auro, & dixerũt, ut illũ puniremꝫ ego gratias egi, ꝙ eam adhibuisẽt diligentiã, & respondi, ꝙ postq̃ illi erãt in sua prouintia illũ corrigerent secundũ eorũ mo

Ciuitatẽ Tascaltecal ingreditur cũ Hyspanis Cortesius.

Forũ in hac ciuitate mirabile.

Nota Ciuitatem Tascaltecal Republica uiuere.

Magiscacin uocatur Ciuitatis Tascaltecal Primaria dignitas.

rem, nolebãq; me ingerere ad puniẽdos suos existẽs in sua Prouitia: Illũ recępere, & pręcone pręuio, qui delictũ eius alta uoce recensebat, pręfatũ magnũ forũ cogebatur circumire, & eo pacto illũ sistere iussere ad molem quandã ad instar theatri, quæ stabat in medio dicti fori, Pręco uero dictã molem ascendẽs, reiterato illius delictũ, & crimen alta uoce recensebat, & illius caput ligno in modum mallei in sũmitate rotunde fabrefacto, percussere, donec animã omnib9 uidentib9 redderet, uidimus pręterea plurimos carcere tẽtos, quos aiebant ob furta, & alia per eos cõmissa crimina detineri: In hac Prouintia secundũ cõputationẽ, quã diligẽter fieri curaui, sũt Cẽtũ. & Quinqgita millia domorũ. una cũ alia parua prouintia eidẽ adherẽti Gnasincãgo nũcupata, qui eisdem legib9. & cõsuetudine uiuunt, sine Domino, Qui & non minus subditi sũt Regali Maiestatis Vestrę coronę, q; illi e puintia Tascalcecal

Modus quo puniuntur fures in ciuitate Tascaltecal.

Cum essem Serenissime, & potẽtissime Domine in castris bella gerens cũ Incolis istius patrię e Tascaltecal Quatuor ex potentioribus subditis Domini muteezuma ad me profecti sunt cũ ducentis eius familiaribus, & dixerunt ea de causa aduẽtasse ut mihi nunciarẽt, qualiter eorũ Dominus Maiestati Vestræ subiici desiderabat, & mecũ inire amicitiã, & quid sibi constituere pro annuo censu Maiestati Vestræ persoluendo desiderabã, tã in auro, argento, uestimẽtis sericis, & Bombicinis q; aliis rebus, quibus prouintia abundaret, quæ omnia impartiret, dũ modo ei9 prouintiam, non ingrederer, & illud tantũmodo desiderabat quoniam sua prouintia erat sterilis, & commeatibus non affluebat, & moleste ferret, si aliquid incommodi, aut penurię sustinerem Vna cum conmilitonib9 meis: & eisdem ad me dedit ad mille pondera auri, & totidẽ uestes ex bombice, quib9 illi maxime uti solent, hii mecũ degere pro maiori parte illi9 belli, & perbelle uidere potuerũt, quantũ Hyspani ualeant, & interfuere, dũ pacem, & fædus cum illis Dominis e Tascaltecal iniuimus, & ad quæ Domini, & uniuersi Incolæ sese obtulerãt Vestræ Maiestatis seruitia, & (prout uidebat) eis huiusmodi maxime displicebãt, quia uariis modis me secũ abducere tentarũt, asserentes promissa, & oblationes, quas illi Domini, & incolæ fecerãt, nõ fore ex animo, nec sincere amicitiã cõtraxisse. & illud, ut libere ipsis cõfiderẽ, ostẽdebãt, ut postea tuto, mihi incauto, isidiarẽtur, Incolæ uero e Tascaltecal. pluries me admõuerãt, ne subditis Dni muteezuma aliquo pacto cõfiderem, quoniã erãt uere

Nuncij magni dñi Muteezuma ad Cortesium.

Munera a nũcijs Dñi Muteezuma Cortesio data.

proditores, & omnia fraudulēt agebāt, & Domin9 illorū, fraudibus uniuersā illā Prouintiā ditioni suæ subegerat, & me admonere voluerāt sicut facere tenent ueri amici, & qui diu cognouerūt muteezuma, Visa dissensione, & simultatib9 ambarū partiū inde nō parū uoluptatis sū cōsecutus, quoniā multū ad rem meā ea pertinere cognoscebā, & facillime haberē aditū ad illos subigēdos, iuxta id cōmune adagiū: Ex monte procedit, quod montem cōburit, etiā mēte reuoluebā illud Sacri Euangelici uerbi dictū, Omne Regnū in se diuisū desolabit: modo tñ hos, modo illos secreto alloquebar, & gratias unicuiq; agebā de illorū optimo animo, cōsilio, & admonitione, & plus me amare pręsentes, & quos alloquebar profitebar, ꝙ alios qui aberant, & de quibus maledicebāt: Fuimus in hac celebri Ciuitate dies uiginti, & nuncii muteezuma, quos apud me fuisse superius retuli, me hortati sunt, ꝓ proficisci deberē ad Ciuitatem Churultecal, quæ aberat per leucas sex, & Ciues, & incolæ illius, erant maxima amicitia cōiuncti Domino eorū muteezuma, & ibi ipsius animū facilius cōprehendere possem, utrum desideraret, proficiscerer ad suam prouintiā, & ꝓ aliquis ipsorū ex ea Ciuitate posset ire allocutum eorū Dominū, significatū ea, quæ ego iniunxissem, & reuerti cū responso, & cōpertum habebāt alios nuncios me in ea præstolari, ut collqueremur, eis responsū dedi, mihi placere illuc proficisci, & quadā die, quam eisdē indixi recederemus, postꝙ uero Domini e Tascaltecal resciuere ea, quæ cū prædictis nunciis egerā, & cōstituerā discedere ad illā Ciuitatē, me mæstitia pleni cōuenere rogantes, nullo pacto illuc proficisci deberē, quoniā iam mihi insidias præparauerāt, ut me una cum cōmilitonib9 neci darent, & ad hoc negociū ipse muteezuma, ex prouintia dicte Ciuitati cōtermina, destinauerat ad quinquaginta millia hominū, & cōstiterāt per duas leucas a præfata Ciuitate, & ipsi obsidebāt iter cōsuetū qua proficisci deberē, & nouum cōstruxerāt, altis fossis refertū, in quib9 pręacutæ sudes fixe, solo cōtegebātur, ut equi in eas præcipitarētur, & eo modo cōfoderētur, & ex industria multos uicos obstruxerāt. & in supmis, & subdialib9 domorū pauimētis lapides undiq; cōgesserāt. ut nos Ciuitatē ingressos capere possent. & deinde de nobis ad libitū disponere. & ad detegendā ueritatē eo uterer argumēto. ꝓ nunꝙ Domini illius Ciuitatis me uisū. nec allocutū uenerāt. cum iam diu uenissēt illi de Gnasancigo, qui plus aberāt. ꝙ ipsi: & mitterē eos euocatū, & uiderē an euenirent illis gratias ingētes egi. & ab eis petii mihi aliquos

Incolarum e Tascaltecal verba ad Cortesium ut Domino Muteezuma nō confidat.

Nota pulchrū adagium.

Alloquuntur Incolę e Tascaltecal Cortesium super Dño Muteezuma.

Apperiunt insidias Incolę e Tascaltecal per Muteezuma Cortesio paratas.

cōcederēt, qui eoſdē meo nomine rogatos haberēt, ut ad me pro ficiſcerent, habebā enim quædā, quæ cum illis cōmunicare deſyderabā Cōmodū Maieſtatis Veſtræ cōcernentia, eiſdē nunciis cauſā mei aduēt9 explanaui, ut eā illis enarrarēt, qui nuncii eo ſūt profecti, & mandata mea expoſuere Dominis illius Ciuitatis, & ſecū aduenerūt tres perſonæ, haud magnæ exiſtimationis, & retulere, nomine Dominorū illi9 Ciuitatis aduentaſſe, & eos nō potuiſſe ad me proficiſci aſserebāt, quia aduerſa detinebātur ualitudine, Illiſq; intentionē meā ad illos perferendā exponerē, Illi autē ex Taſcaltecal mihi ſignificarūt, eos eſse inter Ciues nullius auctoritatis, & prędicti ciues me irridere uidebant, & eis fidem non adhiberē, niſi Domini Ciuitatis ad me Perſonaliter proficiſcerētur: eoſdē nuncios audiui, & reſpondi, q tam alti, & potentis Principis (qualis eſt Maieſtas Veſtra) legatio, humilibus perſonis exponi nō debebat, & nedū ipſi nuncii, ſed & ipſorū Domini uix erāt tantę dignitatis, quib9 dicta legatio a me explicari deberet, & propterea iubebā, q triū dierū ſpacio corā me cōpparerēt Veſtræ Maieſtati obedientiā prędtituri, & in ſubditos ſe ſubiecturi, pręuia proteſtatione, q ſi eis aſsignato termino nō cōpparerēt, Caſtra mea in eos mouerē, tanq contra Maieſtatis Veſtræ rebelles, & ſubiici recuſantes ditioni Maieſtatis Veſtræ, & ad hāc cauſā miſi mandatū manu propria, & notarii ſubſcriptū, cū lata cōmiſsione Veſtræ Maieſtatis, in eodem cauſā mei aduentus cōmemorādo, & q iſtę Prouintiæ, & multę aliæ erant Veſtræ Maieſtati ſubiectæ, & illi qui libenti animo uellent ſubiici Veſtræ Maieſtati, bene a me haberētur, & eos maximis eram proſecutus honorib9, & fauore, & econtra, rebelles: Sequenti uero die uenerunt ad me fere omnes Domini dictę Ciuitatis ſe excuſātes, q ſi prius non uenerant hoc eueniſse inde affirmabant, quia illi ex puitia, in qua morabar, erāt eorū hoſtes, & nō auſi fuerāt eo accedere, quia ſe fore tutos nō arbitrabātur, & q aliquid mihi detuliſse debuiſsēt cōtra eos, animo arbitrabātur, ſed illis fidē adhibere nō deberē, tanq ab hoſtib9 eorū noīs plata, & q nō ita erat, & ſi ſecum ad eorum Ciuitatē accederē, ibi cognoſcerē prolata per eorū hoſtes eſse falſa, & uera eſse, quæ ipſi proponebant, & ex nunc Maieſtati Veſtræ ſe ſubiiciebant, & permanſuri erant, & q parerent, & omnia quę Maieſtatis Veſtræ nomine impoſuiſsē, parati erant cōtribuere, & oīa hæc notarius, interpretibus adhibitis, ſcriptis demādauit, & tūc cū eiſdē poficiſci cōſtitui, partim ne aīo defeciſse uiderer, partim quoniā ibi ſperabā poſse oīa fælicius

Aduentus nūciorum ciuitatis Churultecal ad corteſiū

Verba Corteſii ad nuncios e Churultecal

Minatur corteſius ſe caſtra cōtra ciuitatē Churultecal moturum.

Corteſi9 ad ciuitatem Churultecal pficiſci conſtituit.

quę mihi incumbebāt, componere cum muteezuma, quoniam illa Ciuitas est cōtermina illi prouintię (ut relarū est) subiecti enim muteezuma, illuc tuto proficiscebantur, & e contra cum in eorum itinere nullum obstet impedimētū: qua re cognita Domini e Tascaltecal maxime indoluere, & multoties me multū errare affirmarunt, & postq̄ iam se Maiestati Vestræ dediderant, & meam amicitiā iniuerant mecū ire uolebant, & omnib9 in reb9, quę euenirent. opem ferre, & nō obstāte, q multū reluctatus fuerim, & pręcibus ab eis contenderim, ne uenirent, quoniā necessitas non impendebat: Tamē ad centū millia hominū ad pugnam aptorū, me subsecuta sunt, & me comitata sunt per leucas duas a Ciuitate, & ab eo loco maximo rogatu meo: pręter sex millia hominū, omnes recessere, & ea nocte Castra posui ad quendam fluuiū, qui duabus leucis aberat ab ipsa Ciuitate, partim ut expedirē dictos hōes e Tascaltecal, qui mecū uenerāt, ne aliquid scandali tāta multitudo Ciuitati inferret, partim quia nox appropinquabat, & ea hora nolebam Ciuitatem ingredi: Postero die omnes Ciues mihi obuiam uenere, tubis, & timpanis, ut me exciperent, cum multis aliis personis, quæ apud eos religiosæ habētur, uestibus suis solitis indutis, canendo, & psallendo, ut facere solent in suis Meschitis, quas pro Ecclesiis tenent, & ea solēnitate usq; ad ingressū Ciuitatis nos perduxere: & in optima domo collocarūt, in qua ego cum uniuersis meis sociis fui cōmode hospitatus, & ad uota, & nobis cibaria attulere. leuia tamē: Et dum iter faceremus ad Ciuitatē, multa eorū signorū, quæ nobis apeaperuerant incolæ ex Tascaltecal, offendimus: quoniā iter solitū obstrusum inuenimus, & aliud nouiter fabrefactū, & scrobes altas aliquas, in quas homines decidebant, & uias aliquas in Ciuitate obstrusas, & lapides congestos in pauimentis subdialibus, & ista nos uegetiores, & uigilantiores reddidere: ibi inueni nuncios aliquos a muteezuma missos, ut nuncios illius, qui apud me erant alloquerentur: nil tamē ad me se in cōmissis habere dixerūt: sed tantum uenisse, ut ab illis nunciis intelligerent, quid mecū egissent, aut cōstituissent, ut ea Domino suo possent nunciare, & sic me allocuti discessere: Et unus ex primatib9 nunciis muteezuma qui mecū erat, cū his profect9 est, Et his tribus diebus quibus ibi moram traxi, mihi minimum alimentorū cōtribuerunt, & indies peius. & raro me uisum, & allocutum ueniebant Domini & primates Ciuitatis: Et dum ex hoc aliquid timoris haberemus, interpreti meo quotidiano. quæ est fæmina ex illis

Dehortāt Incolę e Tascaltecal Cortesiū ne eat ad ciuitatem Churultecal.

Centū millia hominū e Tascaltecal Cortesium comitantur.

Ingreditur ciuitatem Churultecal Cortesius.

Discedūt a cortesio aliqui e nunciis domini muteezuma.

Indis, quā accepi in Putunchā, qui est fluuius Grizaluæ: de qua etiam in prima relatione Maiestati Vestræ transmissa mentioné feci, incola quædam ex Tascaltecal aperuit, non longe maximā multitudiné hominū subiectorū muteezuma in unū conuenisse, Et q̄ oēs habitatores Ciuitatis eduxerāt uxores, filios, & bona, cupiebātq; nos aggredi, omnes interimere, & si secū uellet abire illā sospité cōseruaret, q̄ oia retulit illi hieronymo Agillari, quē habui in Iucatan, & de quo alias Maiestati Vestræ mentioné feci, qui postea hæc mihi exposuit, & illico Incolam quēdā illac præte reuntem capiendum curaui, & ab illo secreto in loco collocato di ligenter percunctatus sum, & ea mihi aperuit, quę fæmina ex Churultecal interpreti meo retulerat: & propterea ex p̄missis, & etiam præcedentibus indiciis, quæ prius uideramus in itinere, cōstitui meli9 esse illos præuenire, q̄ꝫ præueniri, & Dominos omnes illius Ciuitatis aloquendi gratia couenire curaui: quos, posteaq̄ꝫ cōuenere in magna quadam aula collocaui, & hoc interim iussi milites esse in armis, & ad omnia paratos, illico in eam multitudiné Indorū, qui habitationi meę inerant, & proximiori loco, irruerent, & sic euenit quoniam postq̄ꝫ cōuenerāt Domini in ea aula eos uinctos ibidem reliqui, equum ascendi, & emisso pixidis sono, taliter egim9, q̄ duarū horarum spacio ad tria millia hominum neci dedimus, & ultra, Maiestas Vestra cognoscat qualiter contra nos se accinxerāt, anteq̄ꝫ exiré hospitio omnes fere uicos obstruxerāt, & omnes erant ordinati, & tamé quoniā illos incautos aggressi fuimus, facile fuit eos dissipare, maxime deficientibus eorū ducibus, quos in aula in uincula coniectos detinebam: igné quibusdam turribus, & munitis domibus, in quibus se tuebantur iniici mandaui, & decertando Ciuitatem totam peragraui: hospitio tamen optimo relicto pręsidio, & eo pacto quinq; horarū spacio populum omnem e Ciuitate migrare coegi: opem ferentibus quater mille uiris ex Tascaltecal, & quadringétis e Cempoal: Post meum reditū ad hospitiū eos Dominos Ciuitatis, quos in uinculis detinebam allocutus sum, & ab illis quęrebam, cur me ea proditione interimere currassét, responderunt causā ab eis nō prouenisse, sed ab Incolis e Culua, subditis Domini muteezuma, qui eos ad tale facinus, suasionibus suis impulerāt, & Domin9 muteezuma per leucā cū dimidia collocauerat ab ea Ciuitate (ut ipsi cogitare poterāt) ad quīquagīta millia armatorū, ut illud exequeret, sed tamé eos iā cognoscere se fore deceptos, & me rogabāt unū, aut duos ex illis solutos dimitteré

Incola e Tascaltecal detegit proditioné paratam contra Hyspanos

Capiuntur a Cortesio domini e Churultecal et in vincula conijciuntur.

Ciuitate churultecal Cortesius potitur.

Excusatio illorum e Churultecal Cortesio facta.

quoniã illi pollicebantur reducturum populum, quem eiecerã, & fęminas, liberos, & bona, quæ eduxerant, & ut illis parcerẽ suppli ces rogabant promittentes, ꝙ in posterũ a nullis se decipi permit terẽt, & uolebãt esse, ueri & fideles Maiestatis Vestræ subditi: Et postq̃ fui eorũ errores, & crimina maxime detestatꝰ, & reprehen di, duos ex eis dimisi: Sequenti uero die Ciuitas adeo habitata uidebatur, & fęminabus, & Pueris referta, & pacificus populus non aliter: q̃ si nil euenisset. soluiq; omnes reliquos Ciuitatis Dominos, quoniam sunt polliciti se Maiestati Vestræ perpetuo inseruituros: Et eo uiginti dierũ spacio, quibus ibi moram traxi- mus, fuit Ciuitas tam pacifica, & uidebatur non aliter, q̃ si nul- lus fuisset interemptus, aut defuisset: & fora, & cõmertia sua habebant, et exercebant per Ciuitatem, quemadmodum prius facere consueuerant, effeciq;, ꝙ incolę e Churultecal, & Tascalte- cal fædere, & amicitia iungerẽtur, & amici ex inimicis efficerent̃, quos a paucis annis muneribus sibi conciliauerat muteezuma, & hostes reddiderat incolis e Tascaltecal: Ciuitas hæc Churul- tecal sita est loco plano, & intra mænia habet uigiti millia domo- rum, & totidem in suburbiis, sunt soli Domini, & habẽt confinia separata, nec alicui parent, nec aliquem cognoscunt in dominum, aut superiorem, & habẽt regimẽ simile Incolis e Tascaltecal: gẽs ista melioribus utitur ornamẽtis, q̃ e Tascaltecal, omnes post hãc cladem sunt, & fuerũt fideles subiecti Regali Maiestati Vestræ, & spero eos in futurum permansuros, Ista Regio est fæcundissi- ma, quoniam latam habet prouintiam, & confinia, & loca pro maiori parte irrigua, & Ciuitas hæc ab extra est uisu pulcherrima quia est plena, & turribus maxime referta, & Maiestati Vestrę uera refero, ꝙ ex alta turri cuiusdam meschitæ prospectans, re- censui ad quadringentas turritas meschitas in dicta Ciuitate. Et ex omnibus Prouintiis, quas hactenus his regionibus uideram, hæc aptior est ad Hyspanorum habitationẽ, quia in ea habẽtur pascua, & aquæ habiles ad alendas pecudes, quę alia loca, quæ hactenus peragrauimus, nõ habent. quoniam cæteris in prouin tiis tanta est hominũ copia, ꝙ nulla sit Prouintiarũ portio, etiam minima, quæ cultura uacet, & tamẽ multis in locis panis defec- tũ patiuntur sunt etiã pauperes multi, & mendicãt ad domos, & templa queadmodum fieri solet in Hyspaniis, & alibi.

Pollicentur Indi si dimit tãtur: reducere populum in Ciuitatem.

Nota hactenꝰ ante habitum librum impres sum Hispana lingua: habe- banꝰ Chural tecal.

Ciuitatis Churultecal: et eiꝰ regionis descriptio.

Nota: omnia Loca illa esse culta: et homi nibus maxime referta.

¶ Allocutus sum illos nũcios muteezuma circa proditionem, quã mihi parauerant Domini e Churultecal, & qualiter prędicti Dñi asserrebant euenisse, & primordia habuisse a persuasione,

Cortesij reprehensio nuncijs domini Mutecezuma facta.

Responsio nunciorum Mutecezuma Cortesio data.

Munera Cortesio data a nuncijs Domini Muteczuma.

Hortātur cortesium nuncij domini Mutecezuma: ne ꝓuintiam suam ingrediatur.

¶ Muteezuma, & ꝙ hæc proditio non uidebatur mihi digna tanto uiro, qualis ipsorū Dominus erat, & hinc mittebat honoratos nuncios suam mihi ingerens amicitiam, illinc uero quęrebat mihi proditorie insidiari uiribus alienis, ut se a crimine protegere posset, & excusare, si res ad uota non succederet: & posteaq̃ ipse promissam fidem fregerat, nec pollicitis steterat, nec in ore illius ueritas comperiebatur. ego quoq̃ sententiā mutaueram, & si prius ad eius Prouintiā ipsi⁹ uidendi, & alloquendi tantū gratia, & ut secum amicitia, & consuetudine iungerer, nūc eam, ut hostis ingredi properarem eius Prouintiæ damna omnia, & incōmoda, q̄ hostis afferre potest, īferre desyderans, quo ego maxime dolebam, cupiebam enim libenti⁹ eum amicū habere, & illū omnibus in rebus, quas in his partibus gestur⁹ eram, consulere, & datum mihi ab illo cōsilium exequi: Illi uero responderūt mecū diu fuisse, nec ad aures suas puenisse talē proditionē, & nullo pacto adduci poterant, ea, quę facta fuerant, fuisse sentētia, & consilio Dni Muteezuma commissa, & a me exposcebant, anteq̃ constituerē eius amicitiæ renunciare, & bellū contra eum suscipere, pro ut asserebam, optime prius omnia cognoscere deberem, & ad ueritatē eruendā cuncta experiri, & unū ex eis dimitterē, qui proficisceret̄ ad Dominū suū alloquendū, & ꝓpediē reuerteretur, sūt ab ista ciuitate ad locū, ubi muteezuma residebat uigīti leucę, Respondi mihi placere, & aliquot ex eis dimisi, & ipsi una cum alio, qui prius discesserat. post dies sex reuersi sunt, mihiq̃ attulere domo decē puro auro parasides, & mille & quingentas uestes, & conmeatum gallinarum, & Panicacap, genus autē est potus, quo utuntur, & retulerunt Dominum suum Muteezuma moleste tulisse paratas mihi insidias per illos e Churaltecal, & me certe credere, ꝙ ille huic negotio pręstitisset cōsilium, & fauorem, quia ipse mihi fidem astringebat, ita non procedere, & gentē illā esse suam, quæ ubi supra constiterat, motu tamē proprio, non eius mandato conuenisse, suasione illorū e Churaltecal, quia erant ex duab⁹ Prouītiis, quarū altera uocatur Accancigo, altera uero Yzuchan, quę sunt contermine regioni Tascaltecal, & ꝓpter propinquitatē quoddam fęd⁹ inter se iniuerāt, ut alter alteri opem ferat, & ea de causa Conuenerant, non autem eius mandato, & in futurum uiderem ipsius opibus, si illa, quæ ei nuncianda miseram, forent uera, uel non, & denuo me enixe rogabat, ut ad suam Prouintiam proficisci non deberem: quia erat sterilis, & multa pati possem, & ubicunq̃ permanerē, mitterem illuc quęsitū, quæ uellem

ea enim perficeret, & impleret, Respondi iter meũ ad illius prouinciam non posse euitari, quoniã de ipso muteezuma, & illius ꝓuintia tenebar Maiestati Vestræ sigillatim omnia referre, & me credere ea, quę retulerãt nuncii, simulabã, & propterea quia aliter fieri non poterat, nisi ut illũ inuiserẽ, ꝙ moleste non ferret, & si aliud animo uolueret male sibi euenire posset, & ægre ferrem illatũ sibi damnũ. & incõmodũ, Ille uero postꝙ cognouit me cõstituisse ire illum uisũ, respondit ꝙ fęlix illuc progrederer, meq; expectaret in illa Ciuitate, in qua impręsentiarũ se cõtinebat, & ad me destinauit multos e suis, ut me illuc cõmitarẽtur, quia iam ingressus eram eius prouinciã, cupiebãt me deducere ꝑ ea loca, & itinera, in quibus insidias mihi parasse putaui, ut nos male mulctarẽt, per ea, quæ postea euenere, quoniã Hyspani multi, quos ad uaria negotia per eã ꝓuintiã destinauerã uidere plures põtes, & angusta itinera, ꝑ quæ si fuissem⁹ ꝓgressi, facillime executioni intẽtionẽ suã mittere potuissẽt, Sed Deus Opt: Max: qui Maiestatem Vestrã a teneris annis tuitat⁹ est, prospectans nos Regali Maiestatis Vestræ seruitio intentos, aliud iter demõstrauit, & quamuis esset asperi⁹, tamẽ nõ erat tot periculis subiectũ, ut illud, quo nos deducere nitebant̃, quod nobis hoc pacto mõstratũ est: Ab ista Ciuitate Churultecal, sũt gemini excelsi montes. & frigiditatis maximę, & in fine Mensis Augusti habetur in illis tantũ niuium, ut in eorũ uertice, nõ sit aliud cernere pręter niues, & ab eorũ altero, qui excelsior habetur, multoties tam die, ꝙ nocte egredit̃ ingens fumeus glob⁹ ad instar magnę domus. & supra illi⁹ uerticem tollitur usq; ad nubes tam recto tramite, & ueclociter, ut sagitta globũ illũ uelocitate nõ ęquaret, & quamuis maximi, & uehementes in illorũ mõtiũ cacuminib⁹ uagent̃ uenti, tamẽ globũ illũ fumeũ dissipare, aut obliquare nõ possũt: Sed quia semper optaui de omnib⁹ his in locis existentib⁹ uera sigillatim Maiestati Vestræ referre. quoniam illud prospiciens uisus sũ uidere miraculũ, ut secretũ perscrutarer decem ex cõmilitonib⁹ meis Hyspanis, & eos, quos arbitrabar perscrutationi huiusmodi idoneos fore. cum aliquib⁹ Incolis eius prouintiæ illuc perscrutatũ ire iussi & illis seriose iniunxi, ut modis omnib⁹ dictũ montẽ ascenderent & secretũ illi⁹ fumi, & unde. & q̃liter exiret perscrutarẽt̃. & quantũ eis possibile fuit ut dictũ montẽ ascenderẽt, laborarũt, nunꝙ tamẽ illũ scandere ualuerũt, obstantib⁹ crebris Cinerũ turbinib⁹ qui a dicto mõte egrediuntur, magnis niuib⁹. & intenso frigore quod in illis mõtib⁹ uagabat̃, appropinquerũt tamen cacumini,

Respondet Cortesius nũciis Mutecezuma.

Nota malum Indorũ e Cu lua in Cortesi um animum.

Nota in illis partibus esse niues:

Nota mirabilem fumeum globũ: e monte quodã exire

Non possunt scandere montẽ Hyspani a Cortesio missi ob frigora et alia.

Nota quanto strepitu et impetu exeat ille fumeus glob⁹

& adeo, ꝙ cũ essent ibi, incępit exire ille fumeus globus tanto cum impetu, & strepitu, ut mons uideretur corruere, & infecto negotio reuersi sunt, portantes multũ niuis, & glatiei, uidebatur enim eis rem nouam in his Partibus tam calidis constitutos, nos esse uisuros, secundũ sententiam naucletorũ, qm̄ affirmant istam prouintiam sitam in Vigesimo gradu, qui est in paralello Insulę Hyspanę, ubi assidue uersantur maximi calores, & dum irent quæsitũ hoc secretum, offenderunt quoddam iter, & ab Incolis, quos secum miseram, percunctati sunt, quorsũ illud iter tẽderet, ipsi retulere illac iri ad Culua, & illud esse optimũ iter ad Culua, & nõ illud, per quod nos illi de Culua deducere uolebāt, & Hyspani progressi sũt per illud ad fines montiũ usq̧, iter enim est in medio dictorum montium, tandem patere cępit planities e Culua, & magna Ciuitas Temixtitan, & lac⁹ qui continent̄ in ea prouintia, quos inferius Celssitudini Vestrę referam, & Hyspani illi, quos miseram ad ꝑscrutandum secretum, cũ sociis reuersi sunt exultantes inuento bono itinere, & cũ ab illis, & ab Incolis prouintię factus fuissem certior de nouo bono adinuento itinere nuncios ipsius muteezuma sũ allocutus, eos monendo, ꝙ deducerent me ad eā Prouintiam per adinuentũ iter, & non per illud, quo ipsi constituerant: Responderunt, ꝙ erat magis planũ, & breui9, & cur me ꝑ illud non deducerēt, dixere causam hanc subesse, quia debebam⁹ transire per prouintiā Guasacingo, cuius Incolę erant hostes Domino suo muteezuma, & in ea nõ poteramus inuenire cõmeatum, & necessaria, prout per loca Domini sui, sed postq̄ꝫ constituerā ire illac, ipsi commeatũ aliunde afferri curarēt & maxima anxietate transiuimus timentes ne illi in sua malitia uellent perseuerare, nobisq̧ denuo insidiari, & quia iam omnib9 innotuerat, ꝙ illuc progredi uolebam, nõ uidebatur ad rem pertinere retrocedere, ne illud timori, & pusillanimitati ascriberetur, Et ea die, qua a Churultecal discessimus, emensi quatuor leucas, deuenimus ad pagos quosdā sub ditione Ciuitatis Guasucingo, ibi ab Incolis bene uisus, meq̧ donarũt quibusdā seruis, uestib⁹, & paruis frustulis auri, quæ omnia parui erant momēti quoniā in prouintia sua talia nõ habentur, qui sunt factionis illorũ e Tascaltecal, & circundantur undiq̧ prouintiis Domini muteezuma, & adeo, ꝙ nullũ est illis cõmertiũ, nisi cũ Incolis proprię patrię, & ideo misere degunt: Sequenti die ascendi faucem inter duos montes sitā, de Quibus Maiestati Vestrę retuli, & in ipsius descẽsu postq̄ꝫ oculis nostris patebat prouintia Domini muteezuma

Nouum iter inueniũt Hyspani ad ciuitatē Temixtitā

Excusāt se cortesio Nuncij dñi Muteezuma.

Ingrediũtur Hyspani prouintiam Guasacingo.

Iam Hyspanorum oculis patet prouintia e Culua.

uenim9 per quãdã illius prouintiã, quę appellať Chalco, per duas leucas anteq̃ peruenirem9 ad loca habitata inuenimus optimũ hospiciũ nouiter extructũ ex tignis, & palea, in eo me cũ sociis omnib9 cõmode collocaui cum omnib9 Indis, quos mecum eduxeram ad q̃tuor millia hominũ ex istis prouintiis videlicet ex Tascaltecal, Guasacingo Churultecal, & Cempoal, nobis, necessaria uictui cõcessere, & habuim9 in omnibus habitationib⁹ ignes multis iniectis lignis. quia frigora, & algores maximi uigebãt, duob9 enim altissimis montib9 circũdabamur, quib⁹ maxima niuiũ multitudo in erat, eo quidã muteezuma nũe ad me pfecti sunt, qui uidebanť proceres, & inter eos aiebãt uenisse fratrẽ ipsius muteezuma, & quater mihi attulere mille auri põdera sui Domini muteezuma nũe, & me rogatum uolebãt, ad illius Ciuitatẽ ulteri⁹ proficiscẽdi animũ exuerẽ, quia illi9 prouintia anno nę caritate pręmebať, & iter erat ad illam difficile, tota enim erat aquis cuircũuallata, & ad eã nisi canois inuehi poterã, est aũt canoa lemb9 vniligneus cõcauus, quibus ad aquas transfretãdas utunť, illas incolę Accaler nominãt, aliaq̃ multa difficilia esse in itinere cõmentabanť, & illi singnificarẽ, quid ab eo postularẽ, Quoniã lubens omnia mihi ubicunq̃ locorũ existerẽ ab eodem petita proculdubio in signũ tributi mittenda curaret, & usq̃ ad mare, & quocũq̃ animo meo libuisset, Ipsos blande, & amice excepi, eosq̃ aliquibus, quę ex Hyspaniis attuleram donaui, quæ maximo in pretio apud eos habebãtur, apud illum præsertim, quẽ fratẽ muteezuma esse aiebant, & nomine Domini sui ex posite legationi in hæc uerba respondi, Ego si in manu, & potestate mea esset ab hac pͥuintia recessus, libẽtiori animo, quam ipse desiderat, ab his regionib⁹ ut magnanimo Dñõ Vestro morem gererem, recederẽ, sed Sacræ Catholicæ Maiestatis Dñi, & Regis mei præcepta, & mandata id me exequi non permittunt, Illius iussu hãc Regionẽ petii, & inter alia, quæ a Catholica Maiestate, magnoq̃ Imperatore mihi in cõmissis data sũt, illud fuit imprimis, ut de magnanimo Dñõ Vestro muteezuma, & illi9 tam celebri Ciuitate Maiestatẽ suã certiorẽ facerẽ, cuius celebritas diu ad eius sacras aures peruenit, illudq̃ vos oratos uelim, ut meo noĩe Dñõ vestro nuncietis, meum illuc iter ęquo gratoq̃ animo ferat, quãdoquidem aduẽtus iste meus Domino Vestro, aut illius prouintiæ damnũ aliquod, aut incõmodũ afferre nõ potest, sed plurimũ utilitatis, honoris, & incremẽti: Et postq̃ Dominũ uestrũ allocutus fuero: si mea cõsuetudine uti noluerit, illico pedem referam,

Perueniunt Hyspani ad loca habitata.

Nuncii Muteezuma proficiscuntur ad Cortesium.

Muteezuma uult Cortesio tributũ dare dummodo suam prouintiã nõ ingrediať.

Cortesii excusatio nunciis Muteezuma facta.

Discedunt habito responso nuncii Muteczuma.

Alii proceres nomine Muteczuma Cortesiu adeunt.

Querunt Indi Cortesio et Hyspanis dānum inferre.

Duodecim proceres Cortesium salutatū veniunt Muteczuma noie.

satis enim mihi est illū aloqui, ut inter nos, quib9 modis Sacratissimi mei Potentissimi Regis negotia in his partibus gubernari queant, cōstituam9, qui nō possent per interpositas personas quāuis idoneas, & quib9 maxima fides sit adhibenda, cōstitui, Et hoc habito responso recessere, In hoc hospitio. de quo superi9 mentionē habui, cogitarant (prout ex inditiis, & preperationib9 coniicere potui) ea nocte nobis obesse, & aliquod dānū inferre, hoc pcepto remediū adinueni: Propterea postq̃ cognouerāt, me mutasse sententiā, secreto iussere illos uiros, qui in montib9 erāt absconditi proficisci ad hospitiū predictū, & cōspecti a meis uigilib9, & excubiis discessere: Postero die inde profectus perueni ad coloniam quandā, quam Amaqueruca appellant, quæ subiacet prouintiæ Chalco, quæ habet in colonia principali, & uillis per duas leucas circūcirca plus q̃ tria millia habitationū, & in hac colonia fuim9 optime hospitati in pulchra domo ipsi9 Domini, multi, qui ex primatib9 uidebantur, me uisum, & salutatum uenere, asserentes eorū Dominū eos ad me destinasse, ut me ibi expectarēt, & de omnib9, quibus indigerem, mihi, & meis, puidere curarēt: Huius Prouintie Dominus mihi largitus est mille pondera auri, & quadraginta seruos, & duos dies fuim9 ibi, cōmode, & uberrime nobis omnia, quibus indigebamus, suppeditauerūt: Postero die cū ad me uenisset quidam principales significarunt, q Dominus muteezuma me expectabat, discessi, & ea nocte fuimus in quadā parua Colonia ab inde per leucas quatuor, quæ adheret maximo lacui, & ferme illius media pars in aquas protēditur, a cōtinēte uero habet asperrimū montem cum rupib9, & lapidibus ingentibus, & ibi modis omnib9 cōabant nobis obesse, aliter enim quam quærebāt, euenit, cōstituerant enim nos noctu incautos offendere, & cum tam diligens, & uigilantissimus diu noctuq; essem, cogitationes eorum irritas feci, & ea nocte uigiles ubiq; collocaui, & tales quod tam ab exploratorib9 illis, qui aqua Canois uehebant, q̃ ab eis, qui monte descēdebāt cōspici, & uideri potuit, an eorū opinionē exequi potuissēt, mane inuēti sūt ad uiginti exploratores illorū a nostris interfecti, adeo ut pauci ad Dominos, qui eos miserūt, reuersi sint: Et cū nos semper ad q̃cūq; paratos, & promptos cernerent, cōstituerunt mutare sententiam, & nos tamq̃ amicos deducere. Sequēti die summo mane cū discedere cōstituissem, presto fuere, duodecim uiri ex primatib9, ut postea percepi, inter quos maiori fulgebat dignitate iuuenis annorū uiginti quinq;, quē omnes maxime

uenerabãtur, & adeo, ꝙ qñ lectica, qua uehebatur descendit, reliqui omnes anteibant saxa, & paleas, qua ille progressurus erat, e medio itineris auferentes, & postq̄ me conuenere se Domini muteezuma nomine uenisse cõmorarunt Dñi sui, ea de causa, ut mihi in itinere adessent, & Domino suo cõdonarẽ, si ipse obuiã eousq̄ non uenerat, quoniam aduersa ualitudine detinebatur, & eiusdem celebris Ciuitas non multũ distabat, & postq̄ cõstitueră ad illũ proficisci corã coloqui potuissem9, & cognoscerẽ quali essent in Maiestatẽ Vestrã animo, nihilominus enixis precib9 cõtendebat, ne illuc progrederer, quia ibi multũ penuriȩ, & laboris essem perpessurus, multũ cõminabatur, ibi mihi de necessariis prouisũ iri non posse curare, queadmodũ animo cõcȩperat, & in hoc multũ institere prȩfati legati, & tantũ ut nil aliud superesset, nisi aperte dicerent si illuc proficisci perseuerarẽ obstare uellent, ego uero illis benigne respondi, & mitiorib9 uerbis, quibus fieri potuit, asserens, ꝙ ex isto meo aduẽtu nil sibi incõmodi euenire poterat sed plurimũ utilitatis, & eos quibusdam, quæ mecũ adduxeram ex Hyspaniis, donatos dimisi, & illico discessi magna comitante caterua: Nam cõmitabantur me uiri, qui maximæ uidebantur auctoritatis: ut postea apparuit, & semper progrediebamur prope ripam illius magni lacus, & a domo, in qua hospitatus fueram uix per leucam profectus, uidi in ipso lacu paruam Ciuitatẽ, quæ tantũ a nobis aberat quantũ continent duo iact9 balistæ usq̄ ad bis mille habitationes in ipso lacu sitam, ad quã nullũ terra patebat iter, & etiam multũ turritã quantũ uidere potuim9, & progressus leucȩ spacio ingressus fui uiam stratam manu, & arte fabricatam in ipso lacu latã quantũ equestris Hyspana hasta extenditur, & eadem ferme per leucã profecti ad Ciuitatem quandã deuenimns, qua elegantiorẽ hactenus non uideramus, quamuis esset ambitu nõ amplo: hac exigua in Ciuitate erant domus ornatissimæ, & non tantũ admirationẽ afferebant domus bene edificatæ: quantum domorũ fundamenta, quæ miro artificio in aquis erãt cõstituta, cum (ut relatũ est) in lacu ipso sit sita Ciuitas, hac in Ciuitate, quæ ascendit ad duo millia domorũ belle fuimus, & laute nos excȩpere, & primates, & Dominus illius Ciuitatis summopere expetebãt, ut ea nocte ibi quiescerẽ nuncii uero Domini muteezuma admonuerũt, ibi esse non deberem, sed per tres leucas progrederer ad Ciuitatem nomine Iztapalapa, quæ subiacet uni ex fratribus Domini muteezuma, egressus uero illi9 Ciuitatis, ubi pransi fueram9, cuius nomẽ im p̄

Nota cerimoniam inauditã in illis partib9 a magnis dñis fieri solitam.

Respõsio cortesij nũcijs domini Muteezuma.

Nota stratam uiã in lacu miro artificio factã.

Iztapalapa ciuitatem dño Muteezuma subiectam ingreditur Cortesius.

Dominus huius Ciuitatis cortesio it obuiam.

Habet Iztapalapa Ciuitas ad quindecim millia domorum.

Nota domorum et habitationum ornatum varium et elegantem.

Nota deambulatorium mirifico opere constructum.

Nota stagnum auibus varij generis refertum.

sentiarũ non occurrit, est p similem uiam stratam manu fabricatam, quę ducit per unam leucam adcontinentem usq;, & mihi Ciuitati appropinquanti obui9 factus est Domin9 illius cum uno alio magno Domino alteri9 Ciuitatis, quæ ab illa abest per tres leucas, quam Canaalcan appellant, & plurimi alii proceres, & Domini, qui me ibi expectabãt, mihiq; obtulere quater mille auri pondera, & quasdam sericas uestes, & perhumane me suscepere, habet Iztapalapa, quæ est ad latus uni9 magni lacus aquæ salsę usq; ad quindecim millia domorũ, quarũ maior pars est in aquis, reliquæ in cõtinenti, habet Domin9 illius quædam alta palatia, nõ tamẽ adbuc perfecta, quæ sũt tam magna, & pulchra sicuti quælibet, quæ in uniuersis Hyspaniis inueniri possent, & dico de magnis, & bene cõstructis, tam ex lapidib9, q̃ ex tignis, pauimentis, & omnib9 qb9libet generib9 in palaciis cõstruendis necessariis, & reliquis domus supellectilib9, prętercq; ligneis liniamentis, & figuris, ditibusq; aliis, parietibus, & solaribus apud nos adhiberi solitis, quib9 ibi in superioribus a terra habitationibus uti nõ solent: Inferius uero habent uiridaria uoluptuosa arborib9, floribusq; odoriferis referta, Piscinas pręterea siue uiuaria optime fabrefacta habentia lapideos gradus a summo ad imũ: habet amplũ uiridariũ prope dictũ pallatiũ, cui impositum est prospectaculũ uariis decoris aulis, & deambulationib9, In uiridario continetur stagnũ aquæ dulcis in quadrangulũ ductum lapidibus expolitis cõstructũ, & in ipsius stagni ambitu stat latũ deãbulatoriũ pauimẽto laterib9 stratũ elegantissimo, adeo latũ, q̃ quatuor homines iuncti facillime, & cõmode deambulare possent, & quęlibet ipsius pars cõtinet quadringentos passus, & totum in circuitu continet mille, & sexcentos passus, pars uero illa deambulatorii proxima uiridario est arundinibus fabrefacta, post illas uero sũt arbores, & uarię odoriferę herbę, in ipso stagno plurimi natare uidentur cuiuslibet generis pisces, & uolucres, ut annates, fulicę, & alię plurimę, ut aliquãdo ipsũ operiãt stagnum: Sequenti die ab ea Ciuitate decedens medię leucę iter emensus uiam aliam stratam medium lacus secantem ingress9 sum, eademq; duarũ leucarũ itinere ad illam celebrẽ Ciuitatẽ Temixtitan in ipso medio lacu cõstitutam peruenitur, illa uia tantũ patet, quantũ geminę Hyspanę equestres hastę extendũtur, qua octo iuncti equestres trãsire cõmode possũt, ab utroq; dictę stratę uię latere sũt tres Ciuitates, quarũ unã Mesicalcingo appellãt,

quæ ex maiori parte iacet in ipso lacu, & aliæ duæ, quarum altera uocatur Hyciaca, alia uero Huchilohuhico lateri ipsius lac9 herēt, & multæ domus dictarum Ciuitatū aquis abluuntur, Prima ad tria millia, secunda sex millia, & ultima quinq3 millia domorū ascendere dicunt, in quibus optimæ sunt dom9, & turres, & maxime quibus ipsi Domini inhabitant, & Sacris ædib9 suis, quas Meschitas appellāt: ubi suas fundūt orationes, & deos suos collocant: Ibi maxima sunt salis cōmertia, quod ex dicto lacu conficere consueuerūt, & superficie terræ, quam lacus inundat, & cum illud ebuluerit, redigunt in massas ad panis formā, & illud tam Incolis, q̄ alienigenis uendūt: Et per mediū leucæ priusq̄ quis peruenit ad ipsam celebrem Ciuitatē Temixtitan (ubi dictā uiam alia similiter strata subintrat, quæ a continenti progreditur) est murus munitissim9 geminis turrib9 circūdatis muro in latitudinē geinę hoīs staturę cū antemurali, & pinnis per totū ambitū, qui mur9 ambas præfatas stratas uias appręhendit, & dicta celebris ciuitas Timixtitan geminas tātū habet portas, una est qua ingrediuntur, altera qua egrediūtur, huc processere mei salutandi gratia ad mille proceres Ciuitatis prędictæ omnes habitu consimili, & decreto, secundum eorū morē, & consuetudinē, & cum appropinquabant, quilibet eorū patria utebatur cerimonia, quæ talis est: eorū quilibet prout erat in ordine dū me salutatū accedebat, manu terram tangebat, & illā postea deosculabatur in signū maximæ reuerentiæ, & horam ibi consumpsimus anteq̄ quilibet cerimoniam perfecisset, & non longe a Ciuitate erat ligneus pons qui in latitudine patebat per passus decem, ibi intercipitur uia strata, & hic pons est ad aquarum fluxum, & refluxum, quoniam aquæ paludis illi9 in modū maritimarū aquarū augentur, & imminuuntnr, & etiam ad Ciuitatis tutelam, quia trabes illas longas ad libitum imponunt, & abducunt, ex quibus pons ille construitur, & in huius pontis similitudinem sunt multi per uniuersam illam celebrem Ciuitatem, ut post in progressu meæ narrationis latius raferam, & postq̄ pontem illum transiui mihi obuiam uenit ille potens Dominus muteezuma, ut me susciperet, & cum eo ducenti proceres nudis Pedib9, & alio ditiori decreto habitu, q̄ primi, & bini procedebant in modū processionis, & admodū parietib9 domorū herētes, & uia erit ampla, & delectationē afferēs, q̄a recto tramite per fere leucā p̄cedebat, & adeo

Nota Tres pulchras ciuitates in hoc lacu contineri.

Ciuitas Temixtitā geminas tantū habet portas.

Ligneū ponte aduerte ad fluxū et refluxum aquarū.

Dñs Mutezuma Cortesio obuiā venit.

Nota pulchrā latam. et lōgā viam in ciuita tē Temixtitā.

recta, q̄ poteram⁹ cōspicere ab initio dictę uiæ usq̄ ad extremū illi⁹, & ab utroq̄ illi9 latere sūt optimę, & magnę dom⁹ parti ad usū meschitarū partim ad habitandū: Et Dominus muteezuma medius progrediebatur inter duos magnos proceres, quorū alter erat ille magnus Domin9 de quo superius memini, q me allocutū uenerat lectica inuectus, Alter uero ipsius Domini muteezuma frater, qui dominabat̄ Ciuitati a qua eodē die discesseram, & hii tres erant eodem decreto habitu. hoc dempto q̄ Domin9 muteezuma habebat calciamenta, reliqui uero erant nudis pedib9: quā uis oēs Incolę calciamentis utātur, Alter a dextris alter a sinistris Domini muteezuma brachia sustinebāt, Et appropinquās equo descendi, ut eum amplecterer, quod ne facerē duo illi proceres, & ne illū attingerē manib9 innuerūt, & primo Domin⁹ muteezūa, & deinde illi duo proceres ante dictam patriam cerimoniam con fecere, qua perfecta iussit fratrem, qui prius eum comitabatur, ut in posterum mihi assisteret, & ipse altero procere comitatus pau- lulum anteibat, Et ubi me fuerat alocutus, uenere alii quoq̄ du- centi Dn̄i (de quibus superius) me salutatū suo ordine, & cerimo nia facta quilibet ad locū unde digrediebat̄ reuersus est: Et quā do alocutus sum Dominū muteezuma torquem humeris meis impendentem margarittis, & adamantibus uitreis extraxi, illūq̄ Domino muteezuma inieci, & emensa aliqua parte itineris, adue nit familiaris eius afferens torques duos in modum parui marini Cancri elaboratos, pāno rubeis limacis cōtexto inuolutos, quas ipsi maxime estimant, & a quolibet torque pendebant octo aurei cancri mirę perfectionis ad latitudinē unius palmi, & illico illos collo meo iniecit, & secutus iter unde fuerat digressus abiit, or- dine, & habitu ante dictis, donec ad Palatium quoddam amplū, & elegans in nostrū hospitiū prę paratū deuenim⁹, & illico me in magnā aulā iunctis manibus deduxit, quę erat ante atriū, quod ingressi fueram⁹, meq̄ collocauit in ornato diuiti solio, quod mei collocādi gratia parari iusserat, meq̄ illū ibi pręstolari iussit, & post pusillum, meis optimis habitis hospitiis, a d me uariis, & plurib⁹ rebus & ornamētis aureis, argenteis, & reb⁹ ex pēnis plu misq̄ elegāter cōfectis, & quinq̄ millib9 Vestiū ex bombice prę- ciose, uariisq̄ modis laboratis, & cōtextis profectus est: quæ oīa postq̄ mihi impartitus est, consedit altero solio non longo inter- uallo a meo distanti, quod sibi curauerat parari, & in hęc uerba locut⁹ est: Diu est q̄ ex maiorū nostrorū annalib⁹, & scriptnris cō- pertū habem⁹, q̄ ipse, & oēs, qui in hac ꝓuintia degim⁹ hincoriū

Obuius fit do min⁹ Mutee zuma Corte- sio.

Torques mi- ri artificij cor- tesio donant̄ a Muteezuma.

Verba domi- ni Muteezu- ma Cortesio prolata.

di nõ sumus, sed alienigenę, qui ex remotis Orbis prouintiis huc aduenimus, Scimusq́ nos magno quodã Domino Duce cui sub iecti eramus ad hanc Prouintiam peruenisse, qui nobis relictis patriam reuisit, & multo post tempore ad nos rediit, Inuenitq́ nos omnes Incolas huius ꝓuincię in uxores duxisse, colonias ha bitandas suscepisse, & liberos pręterea procreasse, qui enitebatur nos hac Prouintia abducere, illud recusauimus, nec eundem in dominũ ulterius, & Ducem recipere uoluimꝰ, & ipse Dominꝰ discessit, & hactenus certe credidimꝰ, ꝙ illius cuscessores uentu ri essent ad subigendas has prouintias, & nos tanq́ proprios, & ueros subditos suos, & cõsiderantes locũ unde uos uenisse dici- tis, & ea quæ prędicatis de magno, & potenti Domino, & Rege, qui uos huc destinauit, uere credimus, ꝙ ille sit noster uerꝰ Domi- nus, & eo maxime, quia dicitis, ꝙ diu nos hæc loca habitasse cog nouit, Ideo uobis proponite, nos uobis omnino parituros, & uos in Dominũ illius uice, & noïe, quem uos huc misisse asseritis sus cepturos, & in hoc uobis non deerimꝰ, nec fraudem cõmittemus, & uniuersę prouintiæ, quæ meę subiacet ditioni ad libitũ impera re potestis, quoniam omnes iussa capescent, & potestis omnibꝰ, quæ possidemꝰ pro uolunrate uti, estis enim in propria prouin- tia, & domo, animo lęto estote, & quieti uos date, scio enim uos labores uarios passos, tã itinere q́ assiduis bellis, quæ hactenus uobis se obtulere, Nõ me latet profecto quæ ex Punnachanaca hucusq́ uobis euenere, Nec dubito quin Incolę ex Churultecal, et C‘‘mpoal uobis de me maledixerint, obsecro uos ne ultra ea, quę experientia, & ꝓpriis oculis uidebitis credatis, pręsertim ab hosti bꝰ meis dicta, ex quibꝰ aliqui mihi subiiciebãt, & aduẽtu uestro a me defecere, & ut a uobis fauorẽ captẽt illa ꝓferũt, Scio equidẽ ꝙ ipsi uobis asseruerãt ꝙ domos aureis parietibꝰ, & aureũ soliũ pos sidebã, & mea omnia supellectilia erant aurea, & pari formiter erã Deus, & me deũ fingebã, & alia multa huiusmodi, domos iã cernitis ipsi met esse ex saxis, calce, & terra: Et his dictis uestes extulit corpꝰ ostẽtãs, & ait, nonne me uidetis ex carne, & ossibꝰ cõpactũ, mortalẽ, & palpabilẽ, uidetis eos iam fuisse mentitos, Habeo equidẽ aliqua suppellectilia, quæ maiores mei mihi reli- querunt, omnia quæ habebo urã sint, & de his ad libitum dispo nite, procedam ad alias domos ubi habitare soleo, curabo uobis prouisum iri omnibus in rebus uobis, & sociis uestris conuenien tibus, & nulla adducamini męstitia, immo lętamini, quia estis in uestra patria, & domo: Ego paucis respondi, & maxime tetigi ea, quę ad rem pertinere putaui, & potissimũ ut in animum eorũ

Originem eorum e Temixtitan nota et quo duce ad eas partes venerint.

Credunt Indi Imperatorem esse ex progenie illiꝰ ducis qui eo illos adduxerat.

Offert se imtegrum in vasallum Chat Oza; et Cortesio obedientiam prestat.

Necessaria mittit Muteczuma Cortesio et Hyspanis.

infunderē, ꝙ Maiestas Vestra illa uere esset, quem uenturū arbitrabant̄, & his peractis discessit, & post eius discessū nobis attulere panē, gallinas, fruct9 uarios, & alia ad usū domesticū, & hospicii facientia, fuimusq; ibi sex dierū spacio bene tenti, & multoties Domini prouintiæ illius me allocutū, & salutatū ueniebant

Qualpopoca malignitatem nota in decipiendo Hyspanos.

Iam Catholice Rex initio huius meæ narrationis exposui, ꝙ ego tēpore, quo a Villa uerę Crucis discessi, ut diligenter perquirem de hoc potēti Dnō muteczuma, ibi dimiseram centū, & quinquaginta Hyspanos, ut inchoatam a me arcē perficerēt, & etiam dimiserā multas uillas, & castra circūuicina eidem Ciuitati Veræ Crucis Sacræ Maiestatis Vestræ ditioni subiectas, & Incolas uerę fideles: sed dū essem in Ciuitate Churultecal mihi redditę sūt litterę a Præfecto, quē ibi cōstituerā meo nomine, quib9 significabat, ꝙ Qualpopoca Dominus Ciuitatis, q̄ Almeria appellat̄ significauerat dicto præfecto per suos nuncios, ꝙ desiderabat esse uasall9 Vestræ Maiestatis: Et si eo usque non pręstiterat eam obedientiam, quā pręstare, tenebatur, & ad offerendū se cum uniuersa sua prouintia non uenerat, ex eo destitit, ꝙ illi necesse erat, transire Prouintiā, quæ sibi infensa erat, & quia timebat in transitu lędi, illud mandare executioni nō potuerat, & propterea ad cū mittere dignaretur quatuor Hyspanos, qui secum ad dictum præfectū per hostiles prouintias proficiscerētur. quoniā illis ducib9 cōfidebat se tuto peruenturum ad eundem, & hoc pacto obedientiam debitam præstare posset, qui p̄fectus illius uerbis fidem adhibens, quę nomine dicti Qualpopoca sibi nunciabant̄, & ꝙ ueniret ad pręstandum obedientiam, ut alii quoq; fecerant, illuc q̄tuor ex suis Hispanis distinauerat, quos postq̄ fuere domi dicti Qualpopoca simulans causā necis se nō pręstare interficiēdos curauit, & duos interfecerant, reliqui uulnerati per montes aufugerāt: quo audito ipse quinquaginta Hyspanis peditib9, duobus illis equitib9, & decē millib9 Indorū amicorū nostrorū contra ciuitatē Almeriam hostiliter profect9 fuerat, & certamen iniuerat cū Incolis Almerię, & occiderāt septē Hyspanos, sed ꝙ postremo dictā ciuitatē Almeriā expugnauerāt, & plures ex Incolis neci dederant, dictos Incolas migrare iusserat, & Ciuitatē igne cōsūpserat, destruxeratq;: Et cum indi. quos secum adduxerat essent eorum hostes accerrimi omni in hoc fuerant usi diligentia, & ꝙ Qualpopoca, & alii sibi fędere iuncti, & qui ad id fauorem pręstiterant sibi fuga salutem comparauerāt, & ꝙ ex quibusdā in prelio captis sciscitat9 est, q esset illi, qui Ciuitati, & Qualpopoca opē tu

Hyspanos mādat interfici Qualpopoca.

Almeriam capiunt et incendunt Hyspani quia Hyspanos aliquos interfecerant.

tulissent, & quare id facin9 cōmiserant, & quid eos impulisset ad interficiēdū Hyspanos, quos ille miserat dicto Qualpopoca, Illi uero responderunt fuisse illud cōmissum facinus iussu Domini muteezuma, & ꝙ cęteri quoqꝫ proceres, qui ciuitati opem tulerant mādato ipsius muteezuma eo uenerāt, ut postq̄ꝫ discessissē a Ciuitate Verę crucis cōtra ibi existētes exirēt, & eos qui defecerant ab illo, & Maiestati Vestræ se subiecerāt, & ꝙ omnem possibilem adhiberēt: diligentiam, ut Hyspanos interimerēt ibi relictos, ut Hyspani eisdem opem ferre nō possent, aut fauorem pręstare, & quod propterea ea sic euenerant.

Muteezuma Hyspanos in ciuitate Vere Crucis reclusos interfici cōmittit.

¶ Peractis diebus sex post meum ingressū in celebrem Ciuitatē Temixtitan, & aliqua eiusdem uidissem q̄uis, minima ad multa quæ uideri possūt: Propterea cōsideratis his, quæ in ꝓuintia habentur, ratus sum ad rem, & incrementū status Maiestatis Vestræ, & nostram tutelā, & munimē admodū pertinere, si dict9 Domin9 muteezuma in meā redigeretur potestatē, & ꝙ sua penitus nō potiretur libertate, ne gratū in Maiestati Vestræ seruiendo animū eidem mutare cōtingeret, & eo magis, quia nos Hyspani sum9 aliquantulū difficiles, & importuni, & si nobis succenserent possent dāni aliquid, & incōmodi inferre, & tantū ꝙ nullus nostrum tanti nuncius mali esset futurus superstes, partim quia maximę sunt potentiæ, partim quia si illū apud me retinerē reliquæ ꝓuintiæ, quæ eidē subiiciebātur facilius se Maiestati Vestræ dedidissēt, ut etiam postea accidit, Cōstitui illum domi, quā inhabitabā retinere, satis enim eam munitam, & tutam cogitabam. & mihi cogitanti ne dū illum capere contenderem, aliquid scandali, aut tumult9 suscitaretᷣ animo succurrit facin9 illud de q̄ pręfect9, quem dimiseram in Ciuitate uerę Crucis per litteras suas me certiorē redideratın Ciuitate Almerię perpatratū ut antedicto capite explanaui, & quēadmodū mihi cōstabat oīa ibi cōmissa iussu, & mādato euenisse dicti Domini muteezuma, & collocato pręsidio in angustiis uiarum ad palatium Dn̄i muteezuma profectus sum, ut alias facere solebam, & aliquandiu cum eo nugatus sum, & aliqua uoluptatem afferentia in medium protulimus. & post mihi data aliqua munera aurea, & filiam suam, filiasqꝫ aliorum procerum quibusdam commilitonibus meis, exposui eidem ex ordine, quæ in Ciuitate Nautecal siue Almeria euenerant, & ꝙ Hyspanos interfecerant, subiunxi prętcrea, Quod Qualpopoca, & reliqui ista Machinati fuerant mandato suo: non sua sponte fecisse affirmabant, & quod Domino suo non

Cōsulit et cōstituit Corte sium cape dominum Muteezuma.

Muteezuma donat filiam suam Cortesio. Hinc est cognoscere ꝙ sunt homines sine ingenio.

Verba Cortesii ad dominū Muteczuma sup rebus quę successere in Almeria.

ausi sũt nõ obtẽperare, quia nullo pacto adduci poterã ea fuisse eius mãdato, nec cõsilio gesta, prout Qualpopoca, & alii asserebãt, sed q̃ illa potius proferebãt, ut se excusarẽt, & mihi cõsultũ esse uidebat, ut mitteret euocatũ dictũ Qualpopoca cum sibi adiũctis proceribus, ut ueritas appareret, & prędicti meritas luerent pœnas, & Maiestas Vestra eius bonũ animũ in eandẽ cognosceret, & ex hoc ne pro gratiarũ actione, quam Maiestas Vestra eidem agendã cõmittere deberet, e contrario nõ cogeret aliquid damni, & incõmodi eidem inferendũ cõmittere, postq̃ ueritas erat ab eo, quod dictus Qualpopoca, & cõiuncti proferebãt, & illico quosdam ex suis pręsto esse iussit, quibus sigillũ tradidit,

Muteczuma destinat viros ad adducendum qualpopoca.

Quod in brachio ex gẽmis gestabat, iussitq̃, ut ad Ciuitatẽ Almeriam, quæ septuaginta leucis abest a celebri Ciuitate Temixtitan proficiscerẽtur, & dictũ Qualpopoca cum aliis, qui dictos Hyspanos interfecerant adducerẽt, & si sponte uenire nollẽt eosdem uinctos adducerẽt, & si eisdem obstarẽt, Quasdam cõmunitates ĩ sui auxiliũ, quas demõstrauit cõterminas dictę Ciuitati Almerię euocarẽt, eosq̃ ui capiendos curarẽt. & nullo pacto sine prędibatis ad eum reuerterentur, qui mandatis, parituri recessere, quib9 uiã ingressis Domino muteezuma gratias egi de exacta per eum adhibita diligentia in prędibatis capiendis ex eo, quia cogebar reddere rationẽ Maiestati Vestrę de omnib9 Hispanis, qui mecũ transfretauerãt, ad hoc ut possẽ reddere uerã rationẽ Vestræ Ma-

Iubet Cortesius dño Muteczuma. veniat et habitet in sua habitatione. donec adducatur qualpopoca.

iestati necesse erat, ut ueniret, & moraretur in hospicio meo, donec ueritas elucesseret, & donec ille omni culpa uacuus appareret, petebamq̃ ab eo, ne illud ægre, aut moleste ferret, quia domi meæ non erat futurus captiuus, sed omni parte liber, & me nec in ipsius obsequiis, nec dominio quoquo pacto interponere cõstituerã, & in sua optione erat, quam partẽ uellet Palatii, in quo morã tunc temporis trahebam, & eidẽ fidem meã pollicebar, hac detẽtione nil tędii, aut molestię sibi cõtingere posse dabatur, & ultra suum seruitium, meorũ quoq̃ adhiberetur, & omnibus ad libitum imperare proculdubio posset, & circa hoc diu fuimus altercati, & quæ hinc inde prolata fuerint longũ esset enumerare, tandẽ placere sibi domũ meam mecũ accedere professus est, mã-

Conducitur Muteczuma ad palatium Cortesij: et nota modum quo illum conducebant.

dauitq̃ locũ in meo Palatio, sibi parãdum, & exstruendum, quo præparato plurimi magni proceres affuere, & deductis uestibus, & brachiis eorũ subductis nudis pedibus illius lecticam cõducebant, non multũ ornatam, & maximo cum silentio eum flentes lecticæ imposuerunt, & progressi fuimus ad nostrum palatium

fine aliquo tumultu, q̄quis postea tumultuari vulgus cępisset, tamē quamprimū ad aures muteezuma illa peruenire, illico omnes iussit quiescere, & sic omnis populus eo die, & semper, dum Domin9 muteezuma apud me detent9 fuit quiete uixit, quia optime hospitabať, & idem seruitiū habebat. quod prius domi suæ retinebat, quod fuit magnū, & admiratione dignū, ut infuturum referam, & socii mei quoq; eum, quib9 poterant cōmodis, & obsequiis prosequebantur.

Dñs Muteezuma tumultum cessare iubet.

¶ Dum Domin9 muteezuma a me detineretur, qui ad adducendū Qualpopoca, & alios adherentes, qui Hyspanos morti dederant, profecti fuerant, rediere adducētes ipsū Qualpopoca cū uno ex eiusdem filiis, & alios pręterea uiros, qui dicebātur inter fuisse neci dictorū Hyspanorū, Ipsumq; Qualpopoca lectica in modū magni Domini cōduxere, quem potestati meæ cōcessere vna cum reliquis, quē in carcerē cū aliis intrudendū commisi, & manicis, & cōpedibus alligari, a quib9 postq̄ se Hyspanos intere misse cōfessi sūt, sciscitatus sū an subessēt Domino muteeznma, pręfat9 uero Qualpopoca respondēdo a me petiit, an esset alius Domin9, cui deberet subiici, quasi innuens, q̄ null9 alius erat Domin9, cui subiici deberet, & erat uasallus Domini mutezuma, & postea ab eisdem quæsiui. an ea quæ fecissēt, fecissent sua sponte, aut mandato, & consilio Domini sui muteezuma, omnes dixerunt sua sponte non mādato sui Domini, q̄quis postea dum sentētia in eos prolata executioni mādabatur, & comburi debebāt, clamauerint unamines cōmisisse mandato Domini sui tale facinus, & suo iussu cōmiserant, & hoc modo fuerūt publice in platea sine aliquo tumultu, aut seditione cōbusti: Et eodē die, quo cōbusti fuere, quia iam cōfessi fuerant Dominū muteezuma fuisse auctorem pręlibati homicidii in Hyspanos perpetrati, eundem in cōpedes collocari iussi, quo spectaculo maxime animo cōsternatus est, quamuis eodem die, postq̄ multa secū fuerā collocutus eidē cōpedes eximēdos ordinauerim, quo facto fuit maxime recreat9, & plurimū uoluptatis est cōsecutus, & deinde assidue illi morē gerere quātū in me erat omnib9 in reb9 summopere studui, & pręcipue quia publice ubiq; locorū profitebar tā ipsis incolis, q̄ Dominis prouintiarū, qui ad me cōfluebant, Maiestati Vestræ summopere placere q̄ Domin9 muteezuma regnaret, ut prius regnare solebat, hac tamē cōditione, ut recognosceret Maiestatē Vestrā in superiorem, & Dominū, ut Maiestas Vestra recognoscitur ab aliis omnibus, & illi subditi rem gratā Maiestati Vestrę facerent

Adducit captus Qualpopoca cum coniuratis ad cortesium.

Comburitur mādato Cortesij Qualpopoca cum coniuratis.

si in posterũ tenuissent illum in Dominũ, & superiorẽ, queadmo-
dũ faciebant ante aduentũ meũ, & tam bene me secũ gessi, et sa
tisfeci, quod pluries illũ rogans commisi, ut domũ suam proficis
ceretur, tamẽ mihi responsum semper dederat, se optime ibi in ea
domo apud me cõmorari, cum nil sibi omnino deesset, non aliter
q̃ si domi suæ fuisset, Nã si domi suæ esset facillime euenire pos
set, q̃ Domini Prouintiarũ capta occasione possent illum sollici-
tare, & inducere ad perpetrandũ aliquid cõtra me contra uolũta
tẽ suã, quod redũdaret in vestræ Maiestatis dãnũ, cui iam consti
tuerat, quãtũ in eo poterat semper inseruire, & donec redderet cer
tiores suos, quid nam haberet in animo, optime erat ibi, & q̃uis
aliquid super hac re eidem proponerẽt, illis respondere facillime
poterat, q̃ ipse non erat in sua potestate, & hoc pacto se excusare
poterat, & pluries a me petiit, ut posset ire spatiatũ, quod eidem
nunq̃ recusaui, vt ire posset spaciatum ad alias domos, quæ uo-
luptatis causa ibi constructę erant, & aliquando exiuit spatiatũ
Ciuitatem quatuor, aut quinq̃ Hyspanis comitantibus per duas
leucas, & quotienscumq̃ reuertebatur, uidebatur lętus, & vultu
hilari, & cum exibat, donabat uarias gẽmas, & uestes tam Hyspa
nis, q̃ Incolis, quem maxima caterua semper comitabatur, & ad
minus ad tria millia hominũ, & eorũ maior pars erat procerum,
& Dominorũ illius prouintię, & assidue conuiuia opipare para
ta, & tripudia celebrare delectabat̃, quæ profecto maximis pos-
tea laudibus ab omnibus merito extolli debebant:

Nota bonum Dñi Muteezuma animũ in Cath: maie:

Varia, sępius donat munera eũ comitanti-bus Muteezuma.

¶ Postq̃ cognoui illũ ex corde desiderare esse in Regali ves-
træ Maiestatis seruitio, rogaui, quo ampliorem relationẽ Maies-
tati Vestræ transmittere possem de his, quæ in istis locis, & pro
uintiis continentur, ut mihi aurifodinas ostendendas curaret, qui
sibi placere hilari vultu, & verbis demõstrauit, & eo instanti quos
dam familiares eius accersiri iussit, & pro qualibet prouintia, in
qua aurum extrahebatur, misit duos ex eis, rogauitq̃ ut totidem
Hyspanos sibi in comites illuc transmitterem, qui quo ingenio
aurum eliciebatur, conspicerent, quod facile executus sum, & ad
quamlibet prouintiã destinaui Hyspanos duos, qui comitaren-
tur Indos, erãt autem prouintiæ quatuor, quidã ex illis deuenere
ad prouintiam quandam, quam Cuzula appellãt, quæ abest per
leucas octuaginta a celebri Ciuitate Temixtitã, cuius prouintię
Incolæ subsunt Domino muteezuma, & ipsi ostenderunt eisdem
tria lata flumina, & ex omnibus adduxere inditia auri purissimi
quamq̃ modicum adduxerint, non enim habebant alia instru-

Aurifodinas sibi ostendi petit Cortesius a muteezuma.

Destinantur a Cortesio hyspani ad quatuor prouintias ad Aurifodinas inspiciendas.

menta, sed ea tantum, quibus ipsi Indi aurum extrahere solebant, & ut Hyspani retulere, transgressi sunt tres prouintias multis pagis, uillis, & ędificiis refertas, ita ut in Hyspania non repe riantur meliores, sunt in illis prouintiis multę Ciuitates, & colonię in magna quantitate, & asseruere uidisse habitationem quãdam cum arce, quæ est amplior, & magis munita castro Burgensis Ciuitatis Hyspaniarum, & Incolę unius ex his Prouintiis, quæ Tamazulapa nuncupatur, ornatiori habitu, & ditiori incedunt incolis prouintiarum, quas hactenus uidenmus, & sunt maximę prudentiæ, Secundi uero profecti sunt ad Prouintiam, quę dicitur Malinaltebequæ, quæ etiã abest a dicta magna Ciuitate Temixtitan per leucas septuaginta, & plus uergit ad littora maris, & illi quoq; attulere inditia auri, ex magno flumine, qui illac pręterlabitur: Tertii uero aliam Prouintiam adiere, ubi sũt gentes, quę differunt idiomate ab incolis proximę prouintiæ Culua, quam Tenis aqpellant, & illi9 prouintiæ Dominus no mine Coatelicamat, quia prouintiam obtinet in excelsis montib9 dicto Domino muteezuma non paret, & etiam, quia illius prouintiæ incolæ sunt martiales, & certamen ineũt hastis uiginti quinq;, aut aliquando triginta palmos in longitudinem continentes. Et quoniam isti non erant subiecti Domino muteezuma, indi. qui pfecti erãt cũ Hyspanis, eam prouintiã ingredi nõ sunt ausi, si prius Dominũ illius de eorum aduentu certiorem non face rent, ab eoq; saluũ conductũ obtinerẽt, asserentes eos eã ob causam aduenisse, ut suas aurifodinas uidẽdi copia eisdem concede retur, & q meo, & Domini muteezuma nomine dignaretur illis eas ostẽdere Coatelicamat responsum dedit, Hyspani eo tuto. & libere accederent, & aurifodinas inspicerent, & ea omnia, quæ uidere cuperent, sed eos e Culua, quos sciebat missos nomine muteezuma admonebat, ne prouintiam suam ingrederẽtur, quia hostiũ loco eos habebat: Ancipiti animo fuere aliquandiu Hyspani irent soli, an non, maxime, quia Indi, quos secum adduxerant, eos admonebant, ne irent, quoniam ideo eos solos intromittebat, ut eos facili9 interficere posset, Inuicti tamen animo Hyspani ulterius progredi constituerunt, fuerunt bene, & placide ab incolis, & eorũ Domino suscępti, & eis ostenderunt septem, aut octo flumina, ex quibus se aurum extrahere dicebant: Hyspani una cum Indis ex omnibus illis fluminibus aurum extraxere, & inditia prędictorũ fluminum attulere, & cum eisdem Hyspanis dictus Coatelicamat misit ad me nuncios suos, quibus se pro

Pulchrę prouintię et vt i Hyspania ędficijs refertę.

Prouintiam Thenis Hyspani ad aurifodinas inspiciendas proficicuntur.

Læto animo recipiunt hyspani a Coatelicamat.

Septem: aut octo reperiũt flumina Hyspani: ex quib9 aurũ extrahũt

Munera cortesio allata.

uintiam suam Regali Maiestatis Vestræ seruitio offerebat, & eisdem ad me misit quędam aurea emblemata, & uestes, quibus Incolæ illius Prouintię Maxime vtuntur. Vltimi uero accessere ad aliam Prouintiam Tuchitebeque nominatam, quæ eodem directo uergit ad mare per duodecim leucas a puintia Malinaltebeque, in qua iã superius dixi inuentũ fuisse aurũ, & Incolę eisdem ostenderũt duo flumina, ex quibus pariformiter adduxere auri inditia, & prout ex Hyspanis, qui ibi fuerant percipere potui, Prouintia illa est admodum apta ad cõstituendas ibidem habitationes, & ad aurum extrahendum, petii a Domino muteezuma, ꝙ in illa Prouintia Malinaltebeque, quia illa ad prędicta magis apta uidebatur cõstrui faceret unam habitationem pro Maiestate Vestra, & in ea cõstruenda omnem possibilẽ adhibuit diligentiam, & talem, ꝙ duorũ Mensium spatio eo in loco iam seminauerant sexaginta mensuras (Quas anegas Hyspani uocant) ex quodam semine ab eis mayz nuncupato, ex quo panem conficiunt, & decẽ mensuras cicerũ, & cacap, qui est fruct⁹ amygdolę similis, quo fructu in puluerem redacto uini loco vtuntur, & tantę in ea prouintia est ęstimationis, ut pecuniarũ loco omnia in foris, & vbiq; necessaria, eodem acquirant: Ibiq; binas habitationes amplas edificari curauit, & in altera ultra habitationẽ apposuerunt stagnũ, in quo erant quingenti anseres ex industria ibi collocati, qui ibi sũt in maximo pretio, quia eos quotannis deplumant, & illorum plumis; & pennis utuntur, & in dicta habitatione collocarunt ultra mille, & quingentas gallinas, & alia plurima ad domesticũ usum facientia, & multotiens Hyspani, qui eã uiderunt, & ornamenta diligenter perpenderunt, putarunt ascendere dictas habitationes ad uiginti milia Castellanorum auri, & similiter petii ab eodẽ Domino muteezuma, ut mihi aperiret, si in littore illius Maris esset fluuius aliquis, uel sinus, quos naues illuc applicantes facile ingredi possent, & tuto in eisdem sistere, qui retulit se penitus eius rei ignarum, tamẽ ꝙ mihi Maris illius panno depingi curaret littora, & sin9, & flumina in mare confluentia, & ꝙ postea poteram mittere meos Hyspanos ad perscrutandũ, & diligenter inspiciendum, & ipse muteezuma eligeret in eorũ duces Incolas dictæ prouintiæ, quod postea re effecit, quoniam sequenti die mihi attullere lineo panno picta omnia maris littora, sinus, & flumina in illud confluentia, ibi conspiciebatur flumen quoddam cęteris magis amplũ, prout ex ea figura colligi poterat in mare profluens, & uidebatur fluere inter geminos

Locus ad extrahendũ aurum et constituendas habitationes accomod⁹.

Cacap vini loco vtuntur in illis partibus et monetę.

Domus erectę p Muteezuma p Hyspanis ascẽdũt ad quadraginta millia florenorum.

Nota in illis partibus esse artẽ pingẽdi.

montes, qui appellantur sanmyn in sinu quodam, ubi Naucleri putabāt eousq̧, ꝙ diuidatur ꝓuintia Mazamalco nūcupata, dix erq̧ quos uellē destinarē, & eo pacto misi decem Hispanos, inter quos aliqui Maritima disciplina plurimū pollebant, & cum ducibus, quos dederat muteezuma progressi perlustrarunt omnia illa littora a portu Chalchilmeca, quē sanctiuan appellant, ubi me is nauibus applicuerā, quæ perlustratio ascendit ad septuaginta leucas, & ultra, & nullū fluuium, aut sinum adinuenere. in quos naues possent ingredi, quamuis dicta littora habeant plura, & maxima, & in omnib9 illis fluminib9 periculū faciebāt Canois insidētes emissa in ꝓfūdū bolide, et sic deuenere ad ꝓuintiā Quacalcalco, qua supradictus fluui9 pręterlabitur, & illi9 Prouintiæ Dominus, qui Tuchintecla nuncupatur, illos benigne suscepit, & eisdem Canoas consignari iussit, quibus flumen ingredi possent, & in illius fauce aquæ profunditatē ad duos cum dimidio hominū status inuenere etiā eo tempore, quo aquę maxime defluxere, & dicto fluuio delati sunt per leucas duodecim, & minor profunditas, quæ dicto spatio continebatur, est ad sextum hominis statum per ea, quæ coniicere potuerunt, ascendit ulterius per leucas triginta in tali profunditate, In ipsius fluuii ripa sunt magnæ, & plurimę Coloniæ, & vniuersa illa prouintia est in plano sita fertilis, & rebus omnib9, quę tellus ferre consueuit exuberans, & gens quasi innumerabilis, Isti ex hac Prouintia non subiiciuntur Domino muteezuma, Immo eius hostes accerrimi. & pariformiter eo tunc, cum Hyspani ad illum uenere illis significatū uoluit, ꝙ illi e Culua nullo modo ad suā Prouintiam proficiscerentur. quia erant eius hostes. Cum illi Hyspani ad me ista relatum reuersi sunt, suos cum illis mihi nuncios quosdam destinauit, quibus ad me quædā aurea dedit, & plura Tygridum coria. & plura ex plumis contexta, & uestimenta, & mihi asseruere, ꝙ Dominus eorum Tuchintecla diu nomen meū audierat, quoniam illi ex Puchunchan, qui est fluui9 Grisaluę. sunt eidē maxima iuncti amicitia, eundem certiorem reddiderant, ꝙ illac transiueram, & cum eisdem fuerā congressus, quia me harenę hospitio prohibebant, & eorum colonię, & quēadmodum postea nos amicitiam inniueramus, & illi se subdiderant imperio Vestræ Maiestatis, & ille quoq̧ se Regali Maiestatis Vestræ seruitio cum uniuersa sua Prouintia offerebat, rogabatq̧, ut illū in amicū reciperem, hac tamē conditione, ꝙ incolę prouintiæ e Culua regionem suam nullo pacto ingrederent, & peterem e rebus, quæ inprouinta illa con-

Destinat cortesius Hyspanos ad inquirendū maris portus.

Inueniūt portum ad capiēdas naues aptū Hyspani.

Nota prouintiam Quacalcalco fertilitatem et hominum multitudinem.

Nota Tygrides esse in illis partibus.

Tuchintecla p nūcios suos se in vasallum Cath. M. subdit.

tinent, quoniã ea omnia, quę ab eo expeterẽ impartiri, & exequi paratus existebat.

Nunciãt cortesio Hyspani se portum inuenisse.

Postq̃ mihi renũciatum est ab eis Hyspanis, qui ab illa prouintia exploratu uenerant, illam ad Coloniam ibi constituendam aptã. & cõmodam, & ab eisdem portum adinuentum, animo admodum lęto fui, quoniam ab eo tempore, quo ad regionẽ hanc applicui, sollicitus fui de portu inuestigando in littoribus istis, & etiam, ut prope eundem inuenire possem locum aptum ad habitationes faciendas, tamen eousq; inuenire nõ potueram a littore incipiente a flumine Sancti Antonii, qui est proxim9 fluuio Grisal uę usq; ad fluuium Panuco, qui est in littore inferiori ubi quidam Hyspani mandato Francisci de garay Coloniam suã constituerant, de quibus posthac mentionem faciam, & ut meli9 exploratas haberẽ res illi9 Prouintiæ, & portũ antedictũ, & incolarum in eis degentium in nos animos, resq; alias ad ibi habitandum conducentes, alios quoq; ex meis commilitonibus ad similia idoneos cum eisdem nunciis, quos Tuchintecla Dominus illius Prouintię ad me cum muneribus destinauerat, proficisci iussi, deferentes ad eũ aliqua munuscula, & ab dicto Domino lęto uultu recepti portum denuo explorarunt, & periculum fecere, ut alii fecerãt, & inuenere locũ idoneũ ad cõstituẽdas habitatiões, & coloniam deducendam in ea, & de omnibus uera mihi retulere, & dixere omnia utensilia ad coloniam constituendam adesse: Et Dominum illius Prouintiæ maxime gaudere, & magno teneri desiderio inseruiendi Vestræ Maiestati: Quibus reuersis cum ea relatione, Illico pręfectum cum centum, & quinquaginta militibus eo destinaui ad fortilitium ibi construendum, ad quod construendum Dominus Prouintiæ se obtulerat. & pariformiter domos omnes, quibus pro nostri habitatione egeremus, & quas eidem imponerem: Et illico ubi coloniam locandam constituerã, sex domos ędificandas curauit eisdem indicauit esse sibi gratum in sua sisterent prouintia, & q̃ eam habitandum suscipiebant.

Mittit denuo Cortesi9 hyspanos ad explorandũ portum.

Mittit Cortesi9 pfectum ad Coloniam cõstruendam in fluuio Panuco.

Superioribus narrationis capitulis Potentissime Domine exposui, q̃ eo tempore, quo ad celebrem Ciuitatem Temixtitã

proficiscebar, mihi obuiam uenerat quidam magnus, & potés Dominus, qui se missum a Domino muteezuma profitebatur, ut postea perceperam, erat eidem sanguine iunctus, & Prouintia, cui Dominabatur erat contermina prouintiæ muteezuma, & eius prouintia nuncupatur Aculuacan, & caput Prouintiæ est Ciuitas lacui salso proxima, & ex ea per lacum ad magnum Ciuitatem Temixtitan Canois sunt Sex leucę, si quis autem pedibus profieisceretur ;habet decem leucas, hanc Ciuitatem Tescucu appellant, habet in se ultra triginta milia domorum : Illius Dominus habet ibi miranda palatia, & habitationes, Meschitas preterea, & oratoria magna, & optime constructa, Dominatur etiam duab⁹ aliis Ciuitatib⁹, altera ab est a Ciuitate Tescucu spatio leucarũ triũ Acuruma, altera uero spatio leucarũ q̄tuor. q̄ Otumpa appellant : Istarum quęlibet habet ad quater mille habitationes : Habet pręterea dicta prouintia Aculuacan pagos & uillas plurimas, est solum fęcudissimium ad culturam, & tota Regio, cui pręest ab uno latere est contermina prouintiæ Churultecal, de qua diu meminimus, Hic Dominus nomine Cacamacin : Post detentionem personæ Domini muteezuma a me factã tam a Maiestate Vestra, cui se subdiderat, quam a Domino muteezuma defecerat, & quamuis pluries illum monerem, ut Regale seruitium, & obedientiam Maiestateti Vestræ exhibere uellet, monitus tamen & a me, a dicto Domino muteezuma, nunq̄ parere uoluit, Immo superbe respondendo aiebat, q̄ si quis uellet ab eo aliquid, ad Prouintiã ei⁹ proficisceret͛, & ibi experiret͛, quanti esset, & quale foret Regale seruitium quod exequi tenebatur: Pręparauerat, ut audiuerã iam maximas copias maxime belligeras, & postq̄ illum monitionibus adducere nõ potui, Dominum muteezuma sum allocutus, & ab eo petii, quid nobis agendum in hac re cẽseret, ne ille rebellionis constra nos factę pęnarum expers persisteret, responsum dedit, uelle eum ui expugnare erat maxima difficultas, quoniam magnus Dominus habebatur & potẽs, copiis maxime abundans militiæ aptis, & sine maximo discrimine, & militum amissione expugnari posse non putabat, Sed q̄ ipse muteezuma habebat in prouintia illius Cacamacin plurimos ex primatibus, qui cum eo morabantur, & eis dabat stipendium, & q̄ constituerat eos aloqui, ut aliquos ex militibus

Tescucu Ciuitas.

Prouintię Aculuacã descriptio.

Cacamacin superba respõsio

Cacamacin potentiã narrat dominus Muteezuma.

Conciliū dñi Muteezuma Cortesio datum ad capiēdū cacamacin.

dicti Cacamacin abducerent, qui postq̃ eis fidem nostram dedissemus, ꝙ securi, & tuti essent, partibus nostris fauerēt, illum tuto expugnare possemus, & sic euenit, quia dictus Dominus muteezuma ita egit cum eis, ꝙ illi induxerūt dictum Cacamacin, ut cū illis conueniret in dicta Ciuitate Tescucu, & ipsi tanquam primates darent operam consulere rebus ad cōmodum sui Domini facientib9, & ipsi tristarentur, si ille aliquid faceret unde periclitari, & ad ultimā internitionē dari posset, & sic in unum conuenere in amplo, & elegāti pallatio dicti Cacamacin, quod ē in ipso lac' littore, & eo modo ędificatum extitit, quod subtus illud Canois patet iter, & in lacū exeunt, ibi pręparatas canoas secreto collocauerant, & etiam eo loci plures uiros disposuerant, si forte dictus Cacamacin obsisteret, nec se capi permitteret, eundem ui capere possent, & cū omnes conuenissent, illi cōiurati primates Cacamacin apprehenderunt anteq̃ a suis audiretur, & canoę impositum per lacum ad magnū Ciuitatem deduxerunt, quæ (ut superius dixi) distat per leucas sex, quem adductum lecticæ imposuere, ut tantum Dominū decebat, illumq̃ mihi exhibuere, cui illico compedes iniiciendos. & bene custodiri mandaui, & cōmunicato consilio cum Domino muteezuma, ipsius detenti fratrem nomine Celsitudinis Vestræ ꝓuintiæ illi pręfeci, qui Cocuzcacim nominabatur, cui ab omnibus cōmunitatibus, & Dominis dictę ꝓuintię debitā obedientiā exhibendā modis omnib9 curaui, tanq̃ suo Domino, donec aliud per Maiestatē Vestrā esset cōstitutū & ita executū est, quoniā in posterū omnes eidem paruerūt tanq̃ Domino, ut prius paruerant dicto Cacamacin, & ille omnia quę illi Maiestatis Vestræ nomine mandaui libentissime, & fideliter fuit exequutus: Post aliquot dies transactos a captiuitate dicti Cacamacin Dictus Dominus muteezuma omnes Dominos prouintiarū suarū, & Ciuitatū circūiacentiū conuenire iussit, & mihi postq̃ conuenere, nuntiauit, ut eo ꝓfisci deberē, & post meū aduentū talia fatus est: Charissimi fratres, & amici diu optime nostis uos omnes, patres uestros, & maiores, mihi, & antecessorib' meis subditos extitisse, & a me, & abeisdē optime tentos, & omnibus honoribus cōdecoratos fuisse, & uos quoq̃ mihi, & maioribus meis ea exhibuistis, que boni, & fideles uasalli Dominis suis pręstare tenentur: Etiam arbitror uos illud ab antecessorib' memoria tenere, nostrum genus ex his Prouintiis originem nō ducere, sed e longinquis prouintiis huc aduectum: Nam maiores

Insidię parātur Cacamacin a suis.

Capit a suis Cacamacin & ad Cortesiū adducitur.

Cocuzcacim Ciuitati Tescucu ꝓficitur a Cortesio.

Conuocātur omnes vasalli Muteezuma ad Ciuitatē Temixtitā et orōem habet.

nostros huc adduxit quidā eorum Dominus, qui eos in ea dimisit, atq; discessit, & longo post tempore rediit, & maiores nostros colonias his in regionib9 posuisse, & ex Incolis vxores duxisse, & ex eis liberos procreasse inuenit, adeo q ulterius secū progredi noluerunt, nec in Dominū suscipere, at ille discedens promisit, q aut personaliter rediret, aut alios suo nomine huc destinaret tot copiis, & tali potentia, & potestate, ut posset eos ad illius seruitia constringere, Scitisq;, q eum hactenus indies expectauimus, & per ea, quæ prēsens eius præfectus nobis retulit de Rege eo, & potenti Domino, quem eum huc destinasse, & a loco unde huc aduentasse piofitetur, pro cōperto habeo, & uos similiter tenere debetis, q hic uere est ille Dominus, quem expectabam9; & eo maxime quia præfectus eius affirmat diu nostri notitiam: illum habuisse: Sed posteaquam nostri Maiores ea, quæ tenebantur Dominis suis ptæstare, non præstitere, nos id oportet facere, & Diis nostris agamus gratias, q illud, quod tam diu expectauimus, nostris temporibus euenerit: Iccirco uos omnes obtestatos uelim, postq̄ illud quod exposui diu uobis omnibus notum est quemadmodum me hactenus in Dominum tenuistis, & mihi paruistis, post hac Maximo, & potenti huic Regi pareatis, & illū in omnib9 Dn̄m habeatis, Postq̄ ille uester Dn̄s naturalis existit, & illi9 uice hūc eius p̄fectū in Dn̄m habete, colite, & obseruate, & oīa tributa, & obsequia, quæ mihi hactenus impendere soliti estis, huic eius prēfecto exhibete. quoniā ego pariformitter cōtribuere, & omnib9 ei9 mandatis parere astringor, & ulterius omnia exequi, & præstare, quæ de Iure Domino prēstare tenemini, in quo rem mihi gratissimam facietis, Hæc omnia plurib9 lachrimis, & maiora imo trahens suspiria corde, quam quilibet fari posset p̄tulit, Comitabātur reliq oēs proceres lachrimas muteezuma suis assiduis lachrimis, & tātū, q paululū imorati sūt ātēq̄ respōdere possēt, & p̄fecto serenissime Domine null9 affuit ex Hyspanis, qui eidem non plurimū cōpateretur, Tandem sedatis lachrimis responsum dedere, q illi se in subditos dediderant, & eum in Dominū habebant, & tenebant: Iccirco pollicebātur se omnia executuros, quæ ipse cōstituisset, & ea de causa, & etiam rationibus per eum deductis lēto animo uellent illius iussa exequi, & ex tunc se perpetuo subdebant Maiestati Vestræ, & se in uasallos offerebant, & ibidem eorum quilibet pollicitus est exequi ea, quæ Regali. Maie. Vestræ nōie fuissēt imposita, & exhibere oēs cōtributiōes, & obseqa, quæ antea dicto Dn̄o muteezūa prēstare

Dominiū certa originē aduerte.

Imperatorē a domīo suo primo originē ducere arbitrantur in illis partibus.

Muteezuma se in vasallum subdit Sacrē Cesa.e 7 cat.e Maiestati.

Omnes dn̄i e Temixtitan. pollicent esse vasalli Sac.e et Catholice Maiestatis.

soliti fuerunt, & reliqua omnia, quæ Regali Maiestatis Vestrę nomine eisdē pręciperent, quę omnia per aliquos publicos notarios cōscripta sūt, & de pmissis publicū cōfecit instrumētū, cui9 copiā petii pręsentibus Hyspanis multis, Postq̄ omnes pręfati Domini se Maiestati Vestræ subdiderant, allocutus sum dictum Dominū muteezuma, & ei significaui Maiestati Vestræ aliqua auri quantitate pro quibusdam operibus suis perficiendis opus esse, Rogabamq; aliquos e suis, & ego similiter aliquos e meis Hyspanis destinarem per prouintias, & habitationes illorum Dominorum, qui se eo die obtulerant eos hortando, & rogando, q̄ de ea auri, & argenti quantitate, quam ipsi posidebant, ultra eorum exigentiam Maiestati Vestræ inseruirent, & eo pacto appareret, q̄ illi iā inseruire cępisset, & Maiestas Vestra latius egregium eorum animū in seruiēdo perspectū haberet, Et similiter Dominus muteezuma de eo, q̄d posidebat mihi ipse impartiretur, quoniam ea omnia Maiestati Vestræ mittere constituerā per nuncios, quos primo cum rebus aliis Maiestati Vestræ erā trāsmissur9, & eodem instanti petiit a me sibi Hyspanos consignari binos, & qui eos in uarias prouintias ad negotiū exequendum destinauit, quarū nomina, quoniā monumenta omnia amisi, nō subueniunt, Illę enim prouintiæ sūt plurimę, & diuersę, quarū aliquæ per octuaginta, & aliquę per centū leucas aberant a dicta Ciuitate Temixtitan, & cū prędictis Hyspanis ire iussit quosdam ex suis, quibus pręcepit, ut ad dictarū Prouintiarum & Ciuitatum Dominos proficiscerent, & exponerent, q̄ ego unicuiq; quandam auri summā, quam ipse constituit, Imperabam, & hoc executū est, nam illi omnes Domini, ad quos profecti sūt, Contribuerunt imperatā sūmam tā emblematū, q̄ auri in massis, & foliis, & aliorū, quę ipsi posidebant, & fuso eo quod fundi potuit ex quinta illorum portione, quę Maiestati Vestræ debet, fuerunt triginta duo millia, & quadringenta pondera auri absq; supellectilib9 ex auro, argento, rebus ex plumis factis, parmis gemmis, & aliis pluribus rebus maximi ualoris, quæ omnia Maiestati Vestræ cōsignaui, & seposui, quę transcendunt ualorē centū millium Ducatorū, Erant prętere talia, & tātū mira, q̄ uarietate eorū, & nouitate erāt iextimabilia: Nec putādū arbitrorq; oēs ex principib9 tā Christicolis, q̄ infidelib9, de quib9 apud mortale i mpręsentiarū mētio habeat, talia haberi posint. & certe Maie. Vestræ illa, quę expono nimia uideri non debēt, postq̄ sic se habet ueritas, q̄ eorum, quę terra mariq; haberi posunt, & de qui

Cortesi9 a domino Muteezunia et reliquis proceribus Aurū petit ad Imperatorem transmittendum.

Mittunt hyspani ad colligendū aurum Sa: Cęs: maiestati transmittendum.

Nota res miras Cortesio esse donatas.

bus ipse cognitioné aliquã habebat, simulachra ad uerã formã tã aurea, q̃ argẽtea, & ex gẽmis, & ex plumis obtinebat, & in tali excellentia, & perfectione, ꝙ pene uiua spectantib9 uidebantur, quorum mihi non modica impartitus est pro Maiestate Vestra absq̃ aliis, quæ sibi picta exhibui, quæ omnia ex auro fingi curauit, ut sũt imagines Saluatoris crucifixi, emblemata, torques, nu mismata, & alia plura e nostris, ad quorũ imaginé similia fieri curauit, accessit etiam portioni Maiestatis Vestræ argenti recepti ultra centũ marcas, quod in uarias tã paruas, q̃ maiores fiendas paropsides distribui, & scutellas, pateras, coclearea, quãtũ illr dicere potui, & ultra hęc dictus muteezuma mihi donauit plura ornaméta ex suis, quæ talia erant, ut perspecto, ꝙ ex oĩ parte erãt ex bombice, & absq; serico in toto terrarum orbe, talia fieri, & texi non possent, nec tot diuersis propriis coloribus, & laboribus, & iter ea erãt aliq̃ uestiũ genera, ad usũ mulierũ, & uirorũ mirabilia, erant pręterea apparatus pro lectisterniis, quibus ex serico facti, merito cõparari non possent, erant allii apparatus, quib9 in ecclesiis, & aulis uti possumus, erant culcitrę lectisterniorũ cooperiméta, tã ex plumis, q̃ ex bõbice uariorũ colorũ, similiter, & mirabilium, & alia multa, quæ cum talia, & tanta sint ea Maiestati Vestræ exprimere nescio, obtulit etiam duodecim Zerbatanas. Est autem Zerbatana lignũ longũ concauũ, qua aues paruas insectamur, ex illis spicula seu globulos exiguos in modũ fabarum ex creta cõpactos flatu emittẽdo, quarũ excellentiam etiã exprimere nequeo, quia illę elegantibus picturis, & coloribus perfectissimis constabant, in eius extremitatibus, & medio extabat aurum ad palmi altitudinem mira arte elaboratum, & peram aureis filis cõtextã, & globulos supradictos imponẽdos, quos aureos se mihi daturũ pollicitus est, impartitus est modulũ ad eosdem effingẽdos aureũ, & alia multa, quorũ infinitus est numerus:

Nota imagines et simulachra varia pulcherrima.

Nota vestes in partibus ex bombice pulcherrimas.

Zerbatanant cum globulis aureis Cortesio donat muteezuma.

¶ Vt Maiestatem Vestrã Potentissime Domine de uariis, & mirandis rebus istius Ciuitatis Temixtitã, Dominio, & isti9 Domini muteezuma obsequio certiorem redderem, ac de ritu, & consuetudine, quam obtinent Incolę, ordine, & regimine tã Ciuitatis, q̃ aliarũ, quę subiiciebãtur dicto Dño muteezuma longo tẽpore imorari oporteret, & multos, qui eas exponere sciret, habere necesse esset in tali genere exercitatos, ego nõ possẽ de mille portõib9 minimã recẽsere, sed ut meli9 potero aliqua ex illis, quæ uidi exprimã, quę q̃uis inculte ꝓmãtur, tamẽ erũt tãtę admiracõi, ꝙ vix credi poterũt, nos eni p̃sẽtes ꝓpiis ocul9 intuẽdo eas uix intellcctu ꝑcipi

Domini Muteezuma seruitium et obsequium narrat Cortesius.

Cortesius nō credit posse ōnia dñi Muteczuma referre.

mus: Sciat tamē Maiestas Vestra, ꝙ si in aliquo deficiam in prędictarū rerū relatione plus peccabo minuendo, ꝗ̄ augendo, tam in his, quam in aliis, quæ recensebo Celsitudini Vestræ, quoniam ęquum mihi uidetur, & apparet ea, quæ Regi meo, & Domino recēsere duxi pręuia ueritate nil augendo, aut minuēdo, aut interponendo exponere,

Prouintię Mexico in q̄ celebris ciuitas Temixtitan cōtinetur descriptio.

¶ Prius tamē ꝗ̄ res istius celebris Ciuitatis Temixtitan, & reliqua, quæ in proximo pręcedēti capite asserui, recensere aggrediar, visū est, ut omnia meli9 percipi possint, sitū prouintiæ de Messico, ubi dicta magna Ciuitas est collocata, & ubi illius Domini muteezuma regia consistit, explicare: Prouintia hęc excelsis, & asperrimis montib9 circumsepta est, & in ea planities est in circuitu ad septuaginta leucas, cui planitiei in sūt gemini lac9, qui fere uniuersā occupant, quia duo illi lacus ambiunt spaciū quinquaginta leucarū, & in altero ex lacubus est aqua dulcis, altero uero, qui maior est, aqua salsa. Illa uero planities ab uno latere segregatur colliculis quibusdā, qui in medio planitiei cōsistūt, & dicti lacus in fine iungūtur in quadā angusta planitie, quæ inter dictos colles, & excelsos montes consistit. qua angustię extenduntur per balistę iactū, & per ea alter lacuum ingreditur aliū, & ad Ciuitates, & colonias, quæ in dictis lacubus existūt homines Canois inuehuntur, absq; eo, ꝙ aliquis terrā attingat, Sed quia est magnus lacus salsus, habet fluxū, & refluxū ad instar Maris, quotiens cūq; aqua dicti lac9 excrescit aqua salsa ingreditur lacū dulcis a quæ, & adeo uiolēter nō aliter, ꝗ̄ si ingēs, & rapid9 fluui9 īgrederetur, & e cōtrario quando decrescit lacus alius dulcis salsā ingreditur: Et opulēta illa Ciuitas Temixtitan est fundata in illo magno salso lacu, & a continēti ad dictā Ciuitatem, qua est iter duarū leucarū, quatuor habet ingresus stratis manu fabricatis viis latis quantū extenditur lata Hyspana equestris lancea, Ciuitas est tā ampla quantū est Hyspalis, aut corduba, illius pręcipui uici amplissimi, & recto tramite ꝓcedentes cernūť, & omnes alii, & quorūdā medietas in aquis alia in terris est, per quos Canois inuehūtur, & uici omnes habent suos exitus, ut ab uno ad alium aqua pmeare possint, omnes isti exitus, quorū aliqui sūt latissimi, habent magnas trabes optime dolatas, & tales ꝙ quibusdam in locis possunt per eas transire decem iuncti equites, & cum considerarem si incolę uellent in me conspirare, ipsi commode facere poterant cum eo in sinu constitua sit Ciuitas, ut supra dixi, & ammouendo pontes egressum, & ingressum dictę Ciuitatis facillime

Nota lacum illum fluxum et refluxū habere: vt mare Caspium.

nos fame perire cogerēt, priusq̄ ad cōtinentē venire possem9,eā ingress9 propere Bergātinos quotuor erigendos curaui, & tā celeriter perfecti sūt,& tales,vt eisdē ducentos viros cum equis in littore exponere possem, quotiescūq; nobis videretur, Habet ista pręclara Ciuitas plurimas plateas, ubi assidue sua habēt fora,& cōmertia ad vendendū.& emendū: Est in eadē Ciuitate platea, quæ est in duplo maior platea Salamatinæ Ciuitatis,vndiq; porticubus circumdata, vbi quotidie vltra sexaginta milia hominū vendentiū,ementiumq; cernūtur,vbi est inuenire omnia genera merciū ,quæ in prouintiis illis inuenire possint. tam ad esum ,q̄ ad uestitum facientia: Venduntur res ex auro, argentoq;,plumbo,cupro,auricalco, lapidibus,ossibus,conchilib9,corallis,& ex plumis, Venditur Calx,politi lapides,& non politi,lateres crudi, & cocti, ligna dolata variis modis , & non dolata. Est vicus in quo venduntur omnia genera auium ad aucupiū,ut gallinæ,perdices, coturnices annates,turdi.fulicæ,turtures,palumbes,passeres harūdinibus collo astricti, psitaci, milui parui,asciones tinūculi. accipitres,falcones,& aquilæ,& aliquæ ex istis auib9 rapina viuētib9 cū plumis capite,rostro,& unguib9. Vēdūt cuniculos, lepores,ceruos,canes castratos paruos,quos ad comedēdū educāt, Sūt vici ad herbas vendēdas, sūt ibi omnes herbę,& radices medicinales,quæ nascuntur in tota prouintia,Sunt domus pharmaca vendētiū tam potabilia,q̄ ex unguētis ,& emplastris, sūt barbitonsorū domus,in quibus capita lauant hominib9,& radūtur, Sunt etiam ibi habitationes,ubi conueniunt ad bibendum,& comedēdum pro pecunia: Sūt ibi plurimi baiuli.vt in Hyspaniis.q portant onera de domo eorū,qui vendiderūt, ad domū eorū, qui emerunt,Sunt plura ligna,carbones,focularia,storæ variæ ad lectisternia, aliæ subtiliores ad sedilia ornanda, cameras. aulasq;, Sūt omnia holera,& præsertim cepe,porri,allia,nasturtiū, tā terrestre,q̄ aquaticū,caules,acetosa, cardus:Sūt ibi fructus varii, inter quos sūt cerasa,pruna,quæ sūt simillima Hyspanis, sunt poma, vua,& alii fructus plurimi,quos producit illa Prouintia multū singulares. Vendūt mel apū,cerā,& mel Harūdinū ex Mayz, quæ harundines habēt tantū mellis. & sūt adeo dulces. ut sūt illæ,ex quib9 Zucarū cōficitur. Vendūt mella ex arborib9,quib9 dā,quas vocāt in reliquis insulis Magney, & sūt dulciora musto decocto, Vēdūt etiam vinū inde confectū: Vendūt varia genera fili omniū colorū in suis corollis,& est similis vico, vbi Grānatæ vēduntur res ex serico,sed in maiori quantitate: Venduntur ibi colores pro pictoribus ,& omnia genera,sicut in Hyspaniis.&

Bergantinos quatuor erigit Cortesius ut littore exponat milites

Nota plateā mirabilē & amplam in hac ciuitate.

Nota varia genera animalium in illis partibus.

Nota etiā modum in Germania rērum esse in illa ciuitate.

Nota vuā esse in illis ptibus

Colores multi sunt ibi sicut in Hyspaniis p pictorib9.

adeo illustria, vt meliora fieri nō possent, Venduntur coria ceruina optime aptata cū pilo, & sine, alba, & tincta coloribus variis, Venduntur fictilia multa, & optima vernice suffulta: Venduntᷣ dolia maxima, & parua, œnophora, ollæ, & alia vasa fictilia, & alia infinita genera vasculorū, & maiori ex parte vernice suffultorū, Vendunt multū mayz tam solidū, q̄ coctū in panem cōuersum, & de eo habēt magna cōmertia, & in solido, & in pane, quod eundē retinet saporem, quem in reliquis Insulis retinere solet, Vendunt ortocreas ex auibus. & piscib⁹ recentibus, & salsis, crudis, & coctis. Vendunt oua gallinarum, & anserū, aliarūq; auiū maxima in copia, Vendunt placentas ex ouis, Et deniq; vendūt in dictis foris quicquid gignitur, & crescit in illis Prouintiis, quæ vltra ea, quæ exposui, sūt talia, & tam diuersa, q̄ propter prolixitatem, & quia eorū nomina non teneo, nō recēsebo, & gen⁹ quodlibet mercium habet vicum proprium nulla data alia merciū commixtione, & in hoc optimū habent ordinem, & omnia venduntur bene cōputata, vel mensurata. non tamē hactenus visum est, q̄ aliquid pōdere vendant: In huiusmodi magna platea est domus ampla in modum Iudicii, vbi semper morantur decem, aut duodecim personæ, quę iudicant, & constituunt omnia, quæ in dicta platea eueniunt, & dubia quæ insurgūt, malosq;, & delinquentes puniri iubent. Versantur in dictis plateis aliæ personę, quæ assidue diligenter explorant, quid vendatur, & mensuras. quibus venduntur bona, inspectant. In hac Ciuitate sūt plurimæ meschitæ, & domus Idolorū pulcherrimis ædificiis, pro parochiis, & vicis eorū, & in dignioribus versantur homines, qui pro religiosis more suo habētur, & cōtinue resident, pro quibus pręter loca, vbi Idola collocantur, cōperiuntur optimæ habitationes. Omnes illi sui religiosi nigris uestibus vtuntur, nec capillos minuunt, aut pectunt a die ingress⁹ religionis, donec exierint, Filii omnes fere primatum Ciuitatis, & Dominorū prouintiæ eo habitu in religionibus versantur a sexto, & septimo anno. donec eos parentes matrimonio copulare constituerint, & hoc frequentius accidit in primogenitis. & eis qui in hereditate succedunt. q̄ in cęteris, Morantes in illis locis accessum ad mulieres non habent, nec ad eas domos mulieri patet accessus, abstinent a cibis quibusdam, sed vno tēpore plus alio, & inter Meschitas est vna suprema, cui⁹ magnitudinē, & illi⁹ particulas, & res, humana līgua exprimere nō posset, q̄niā ei⁹ amplitudo tātū ꝑtendiť, ut intra ipsā (quæ altissimo et ualido muro circūdata est) possit locari Ciuitas quīgētarū domuū

Connumerat varia vasorū genera quę in illis partibus conficiuntur.

Nota vicos ubi quęlibet merces vendūtur: esse separatos.

Nota religiosas esse etiam in illis partibus personas vt sunt apud nos fratres & monachi.

Nota contra hereticos nostri temporis argumentum quoniā & Indi quodā tempore abstinēt a quibusdam cibis.

Continentur int9 in circuitu circũcirca pulcherrimæ habitationes quibus insunt magnæ aulæ, & deambulatoria, quibus resident religiosi ibi collocati: sunt eo in circuitu quadraginta turres altissimę, & bene cõstructæ, ad quarũ penetralia itur per quinquaginta gradus, & minor inter eas est tantæ proceritatis, quantæ est turris Cathedralis Ecclesiæ Hyspalensis, & tam bene cõstructæ videnť, tam ex politis lapidib9, q̃ ex tignis, ut eis politiores fieri nõ posset, aut fabricari ubiq; locorũ, Omnes enim politi lapides Sacellorũ, ubi Idola collocantur, variis imaginibus constant, & tecta, & tigna omnia, quæ ibi posita cernuntur, variis picturis, & liniamentis decorata, & elaborata cõsistunt, & variis mõstris, figuris, & ornamentis picta, omnes supradictę turres sunt sepulturę dñorum istius Prouintiæ, Et capellę in eisdẽ constructæ quælibet suo Idolo est dicata, cui plus deuotionis attribuebãt, In hac ampla Meschita sũt tres latissimæ aulæ in quibus sunt plurima Idola miræ magnitudinis & altitudinis, variis figuris, & artibus sculpta, tam in lapidibus, q̃ in tecto: Et dictis aulis insunt alia parua sacella angustis portis constructa, & sacella similiter nullã cõtinent Cœli claritatem, ea sacella nõ ingrediuntur nisi religiosi, & illi non omnes, & in illis sunt imagines, & statuæ Idolorũ, quãuis etiam extra, vt superius dixi, reponãtur, Digniores dictorum Idolorum statuas, & eorum, quibus plus fidei adhibebant, suis sedibus deturbaui, deieciq; per gradus, Sacellaq; ubi constiterãt mundare, & lustrare cõmisi: ea enim omnia sanguine sacrificatorum mortalium aspersa cernebantur, Ibiq; gloriosæ protectricis Marię, & reliquorum sanctorũ imagines collocaui. quæ omnia Muteezuma, & incolæ moleste tulerũt, & prio mihi significarũt, q̄ talia cõmittere nõ deberẽ, quoniam si res diuulgaretur, per reliquas cõmunitates, & loca, eos mihi facillime rebelles reddere possem, quia illi arbitrabantur omnia bona temporalia a dictis Idolis sibi exhiberi, & concedi, & si Incolæ paterentur, q̄ sibi tales contumeliæ inferrerentur, succenserent, nec vlterius quicq̃ illis exhiberent, & fructus terræ exsiccarẽtur, quare homines fame perire cogerentur: Eos quotidianis adhibitis interpretibus admonui, q̄ maxime decipiebantur, spem in illis Idolis collocare, quos propriis manibus ex immũditiis conflauerant, & eos scire oportere, vnum esse Deũ omniũ vniuersalẽ Dominũ, qui creauerat Cœlũ, & terrã, & omnia alia tam uisibilia, q̃ inuisibilia. qui pariformiter illos creauerat. & nos alios omnes, Deũq; esse sine principio, & immortalẽ, & q̄ illi soli credere, eundẽq; solum

Nota Meschitam mirabilem in cuius circuitu sunt quadraginta magnę turres

Describuntur imagines idolorum in Meschita contentorum.

Imponit idolorũ loco Genitricis & aliorum sanctorũ imagines cortesius.

Cortesij verba ad Dominum Muteezuma & reliqs prouintiarum proceres.

Portat Mu teezuma et alios proceres Cortesius vt posthabitis idolis Deum adorent.

adorare, nec aliā creaturā, aut rem aliam pr̨ter solum Deum deberent, reliquaq; alia explanaui, quæ tali in re exponere sciui, ut illos a sua Idololatria abducere posse͂, & ad cognitione͂ ueri su͂mi, et omnipotentis Dei inducere, Omnes, & potissimu͂ Muteezuma responderunt, ꝙ illi iam mihi exposuerant, se non esse oriundos ex hac Regione, & diu maiores suos ad has ꝓuintias aduentasse, & optime euenire poterat, ꝙ illi esse͂t aliquo errore ducti in his rebus quæ colebant, cum iam diu patriam suam exissent, & qualiter ego, qui nouissime ueneram, meli9 recordari debere͂, & quæ ipsi colere, & credere deberent, & illis ea impartiri deberem, ac eos docere, ipsiq; se paratos offerebant ad ea, quæ ipsis tanq̄ meliora ꝓponere͂, & dictus Muteezuma, & alii plures ex primatibus affuere, dum Idola e sacellis deiicerem, & dum illa mundarentur, & nouas imagines imponerem, & omnes hilari fronte, ut coniicere potui, Illisq; seriose mandaui, ne imposteru͂ Idolis pueros sacrificarent, ut prius soliti erāt, quia hoc Deo. Opt, Max: admodu͂ displicebat, & Vestra Maiestas suis sacris legibus prohibebat, & pr̨cipiebat, ꝙ quicu͂q; q interficit, īterficiat̄: Illico ab ea sacrificandi cōsuetudine abstinueru͂t, & eo toto tempore, quo morat9 sum in ea Ciuitate, nusq̄ uisu͂ est, pueros aliquos interfici, aut Idolis Immolari: Imagines, quibus isti fidem adhibent, su͂t maioris proceritatis statu cuiuslibet maximi hominis: Conficiu͂tur ex omnibus seminibus, & leguminibus, quæ ipsi in usu habent tritis, & mixtis insimul, illaq; intere͂ptoru͂ pro sacrificiis cordium sanguine incorporant, quæ pectore adhuc viuentium extrahunt, & illo ex corde emanato sanguine farinam humectant in tāta quantitate, quæ sufficere posit, ad perficie͂das magnas illas statuas, & eisdem perfectis, & in sacellis collocatis, plurima mortalium corda offeru͂t, & similiter eisdem sacrificant, & eorum facie͂ sanguine inde emanato. illiniunt: Et pro qualibet necessitate hōmini incumbenti habe͂t propria Idola more priscorum gentiliu͂, qui sua olim uenerabātur Idola, Ita ut pro captando fauore in bello idolum habent, pro suarum segetum cultura aliud, & deinde pro re qualibet quam qųrunt, aut exoptant bonos sortiri successus, pr̨cipuum Idolum habent, quod uenerentur: Hac celebri in Ciuitate sunt multæ magnæ, & optimæ domus, & propterea sunt tot egregiæ domus, quia omnes primarii Domini illarum Prouintiarum, & Vasalli Domino muteezuma in ea suas habent habitationes, & resident in ea quadam anni parte: Sunt ulterius primi Incol̨ Ciuitatis ditissimi, qui similiter egregiis.

Imagines nostr̨ religionis imponit sacellis Idoloru͂ cortesius.

Exquib9 conficiant imagines Idoloru͂ et quomodo.

Multa genera Idolorum habent sicuti nos sactos cui9libet rei inter cessores hēm9

potiuntur domibus vltra speciosas habitationes domus, egregios hortulos habent uariis floribus tam in superioribus, q̃ in inferioribus habitationibus, per uiam ex quatuor stratis, quibus Ciuitatem ingrediuntur, protenduntur gemini aquęductus, quorũ amplitudo est ad passus duos, altitudo uero ad hominis statũ, & uno ex illis inuehitur dulcis aqua saporis optimi ad crassitudinẽ humani corporis, quę progreditur in mediũ Ciuitatis, ex qua bibunt, & reliquis in rebus necessariis utuntur, alter uero alueus uacu9 est, & dum ab uno ex illis immunditias deiicere uolũt, in alio aquas ducunt, donec mundetur, & quia transit per pontes propter interualla, quibus aqua salsa ingreditur, & egreditur conducũt aquas prędictas dulces p cãnales quosdam in crassitudinẽ unius magni bouis, qui extenduntur quantũ trabes dictorũ pontiũ, & illa est omnibus Incolis cõmunis, cõducunt undiq; aquam uenalẽ canois, quam hoc pacto e cãnalibus accipiunt, canoas põtibus subiiciũt, inquibus stant homines, & aqua canoas implent, & implentibus satis faciunt, & similiter in omnib9 ingressibus Ciuitatis, & ubi exonerant Canoas, qui locus est ad quem maior pars cõmeatuum, qui apportãtur ingrediuntur Ciuitatẽ, sunt paruę casulę, quibus resident custodes, qui pro re qualibet ingrediente, aut illata Ciuitati, certũ quid pro uectigali recipiunt, & nescio an Domino muteezuma proueniat, aut præcipue Ciuitati, quia hactenus non inuestigaui, credo tamẽ esse Domini, quoniã in nũdinis aliarũ Prouĩtiarũ, illud uectigal uisũ est colligi in ęmolumẽtũ Dominorũ Prouintiarũ. Sunt plurimi in omnibus publicis foris istius Ciuitatis quotidie operarii, & Magistri Cuiuscunq; artificii pręstolantes, qui operas suas conducant: Huius Ciuitatis, Incolæ meliorẽ modũ habẽt, & sunt subtiliores circa uictũ, & alia domestica cæteris aliarũ Prouintiarũ, & Ciuitatũ, quia Domin9 muteezuma semper in ea uersabatur, Et omnes Prouintiarũ Domini illius Vasalli conueniebant in eadem, propterea habebant meliorem ordinem, & politiam in omnibus: Et ne longior sim in rebus istius magnę Ciuitatis recensendis, quia tam cito me non expedirem, vlterius non sequar, nisi hoc unũ, q̃ in obsequiis, & uictu habent modũ in Hyspaniis obseruatũ, & similiter in suis ordinationibus, & cõstitutionib9: Et dato, q̃ hæ gentes sint barbarę, & tã segregatæ a cognitione sũmi opificis, & a cõmunione reliquarũ nationũ, mirabile est uidere modũ ab eis in oĩb9 obseruatũ

Circa obseqa domestica ipsi9 Dñi muteezũa, et res miras, quas ad magnanimitatẽ status habebat, est aliqd scribẽdũ, & ingenue

Aquęductus quib9 inuehit aqua dulcis in ciuitatem Temixtitan.

In Ciuitate Temixtitan venditur aqua Canois sicut Venetijs.

Nota Magistros cui9cũq; artificij esse in hac ciuitate.

Incipit Cortesius describere obsequiũ domesticum domini Muteezuma.

Excusat se Cortesius nō posse omnia sigillatim apperire.

pollicecor. Maie. Vestræ, ꝙ unde incipiam ignoro, nec quomodo finem imponere ualeam, ut eorū minimā portionē finire possim, quia ut Maiestati Vestræ alias retuli, quę barbari Domini, qualis iste est potentia, aut opulentia maior hac esse potest, qui Simulachra aurea. & argentea, ex plumis, & gēmis, & omnibus generibus, quę sub Cœlo sunt in suo Dominio, posside re posset, & Simulachra aurea, & argētea tam bene effigiata, ut artifex quilibet aptius aptare nō posset: Ea uero, quæ sunt ex gēmis, humanū Iuditiū cōiicere nō posset, quo instrumēto tam perfecte conficiantur: Ea uero ex plumis talia erant, ꝙ nec in cera, nec in rebꝰ sericis acu pictis, mirabiliora fieri possēt: Non ualui cognoscere

Quantū pateat dominium domini Muteczuma.

quantū Dominiū dicti Domini muteezuma extendebatur. ille enim undiqꝫ a sua magna Ciuitate mittit nuncios cum suis mandatis per leucas ducētas, quibꝰ omnes parent, quāuis habuisset quasdam prouintias suis prouintiis circūdatas, quibuscum bella gerebat, & ut cōpręhendere ualui eius Dominiū erat tam latum quantę sunt uniuersę Hyspanię, quia ad sexaginta leucas ultra putunchan, qui est riuus Grisalue, nuncios suos misit ad Ciuitatem nomine Cumatan, ut illi uenirent pręstatū obedientiā Maiestati Vestræ, quæ distabat a magna Ciuitate per ducentas, & uiginti leucas. sed usqꝫ ad centum, & quinquaginta nostri Hispani a me uisū ire iussi sunt. omnes fere Domini istarū Prouintiarū, & maxime circūuicini resident in illa Ciuitate pro maiori parte anni, ut superius retuli, Et ut plurimū dicti Domini habent suos filios

Nota melius facere barbaros dominos ꝙ alii cum primates prouintiarū nō rusticos in seruitio habeant.

primogenitos ad seruitia dicti Domini muteezuma, et quilibet eorū Dominorꝝ suis in locis habēt Castra. & in eis milites suos. et suorꝝ redditūū, & obseqorū collectores, & moderatores, q̄ ex oibꝰ ꝓuitiis sibi eueniūt. & cōputū habēt de omnibꝰ, quæ quęlibet ꝓuintia contribuere obligatur, habent caracteres, & figuras quasdā in papiro, quam faciunt, quas ipsi intelligunt, & quælibet Prouintia habebat separatū obsequiū, & contributiōes secundū qualitatē seruitii, ita ꝙ ad manus dicti Domini muteezuma perueniebant omnia genera rerū, quæ in dictis prouintiis cōperiri poterant, & eum tam pręsentes q̄ꝫ absentes metuebāt, quo nullos mortaliū Dominos plus timeri Crediderim: Habebat tam in Ciuitate, q̄ꝫ extra domos plurimas uoluptatis gratia melius cōstructas ꝙ dici possit, & quæ uere erāt dignæ magno Principe, & Domino

Nota mirabilia dn̄i Muteezuma palatia.

Habebat in Ciuitate ad usū suum palatia tam lata, & mirabilia, ꝙ mihi impossibile uidetur magnitudinē, amplitudinē, & bonitatem illorū recensere: Idcirco me non intromittā, ut aliquid de eis

enarrẽ. sed tantũ hoc unũ, ꝙ in Hyspaniis non sunt illis similia: Habet aliud palatiũ fere non minus bonũ, ꝙ̃ illud, in quo erat Pulcherrimũ uiridariũ quibusdam prospectaculis eidem insidentibus, & marmora, reliquaq; ornamenta erant ex iaspide optime elaborato: Illi palatio inerãt habitationes, quibus possent hospitari duo magni Principes cũ eorũ obsequio, in hoc palatio erant decem stagna, ubi habebantur omnia genera auiũ aquatiliũ istarum Prouintiarũ, quæ sunt multa, & uaria, & omniũ altilium, & ad usum uolucrũ, quæ mari aluntur, erant stagna salsæ aquæ, & ad usũ fluminibus uersantiũ erant aquæ dulces, quas aquas quodam cõstituto tempere emittebant, ut stagna emundarent, & postea suis cannalib9 ea replebãt, & cuilibet speciei uolucrũ impartiebantur cibum, qui eis erat proprius, ita ꝙ illis, quę piscibus nutriũtur pisces dabãt, & quę uermib9 uermes, & quę Mayz. Mayz, & quę aliis minorib9 seminib⁹, minora semina cõcedebãt: Et certa refero Maiestati Vestræ, ꝙ uolucribus pisces edentibus ducẽtę & quinquaginta librę quottidie exhibebantur ex illis, qui in dicto salso lacu capiebantur, his alendis uolucribus dabant operam tricenti uiri nulli negotio ulterius incumbentes, Erant pręterea alii ad auibus pręstanda medicamina prępositi, cuilibet stagno prospectacula imminebãt, & deambulatoria egregia, & sumptuosa, quo dictus muteezuma solatii gratia secedere solebat, In huius Palatii particula tenebat homines, pueros, fęminasq; a natiuitate candidos in facie, corpore, capillis, superciliis, & palpebris Habebat aliam etiã domũ amplissimã, & munitissimã. in qua erat latũ pręristillũ pauimento ex crustis marmoreis egregiis ornatum in modum latruncularię tabulę, & domus erant profũdę, quasi ad statum hominis cum dimidio, & ad magnitudinem sex passuum in quadrangulo, & in medio quarumlibet istarum habitationum, cernebatur uolucris rapina uitam quęrens a tinunculo usq; ad aquilã, quoquot comperiuntur in Hyspaniis, & plura genera, quę nunꝙ̃ in Hyspaniis uisa sunt, & in quolibet genere magna copia, & in qualibet istarum erat lignũ, ubi uolucres residebant, & aliud extra infra rete, & uni insidebant aues nocturno tempore, cũ pluuiosum erat tẽpus, in altero uero poterant esse exeuntes ad solẽ, & aera, dũ aliqua ęgritudine laborant: Istis omnibus uolucribus pro eorũ cibo gallinas impartiebantur, & non aliud, in eodẽ palatio inferius quædam aulæ magnæ plenæ, sunt magnis caueis, & grandibus lignis fabrefactę, & coniunctæ, & in eis, ut plurimum continebantur Leones, tygrides, lupi, vulpes, Catti varii & oim horũ animaliũ tã volãtiũ ꝙ̃ ꝗdrupedũ erat

Narrat Cortesius pallatiꝫ dñi Mutecezuma particularitates scitu dignas.

Nota voluerũ genera in stagnis constitutarum.

Dñs Mtecezuma habet varia genera mõstrorum.

Leones Tigrides Lupos ⁊ alias plures feras.

maxima copia, quibus ad saturitatē gallinas apponebant, & ad horū animaliū custodiam erant alii tricenti uiri: Erat illi alia domus ubi plurimos uiros, & fœminas mōstruosos pumiliones, gibbosos, & adulterinos, & alios maxime deformitatis uiros habebat, & gen9 quodlibet monstri suas obtinebat seperatas habitationes, & præerant eorū infirmitatibus electi homines, Reliquas dom9 uoluptatis causa cōstructas in dicta Ciuitate prætermitto, cum & plures sint, & diuersimodæ. Obsequii sui ordo talis erat, Illucescente quingenti, aut sexcenti uiri principales domū suam petebant, qui sedebant, & spaciabantur per aulas, & deambulatoria, quæ erant in domo, & ibi morantur non tamen ingrediuntur ad eius conspectū, & eorum familiares, & illi, qui cum eis associati erant (occupabant duo, aut tria palatii impluuia) & uicum maximū, & hii per diem continuum ibi moram trahebant, nec discedebant nisi adueniente nocte, & eodem momento, quo discumbebat Dominus muteezuma, ipsi quoq; discumbebāt, & non minus lauta cōuiuia eisdem apponebant, q̄ eorum Domino, & familiaribus suis portionem suam impartiebantur. penuariæ cellæ, & uinariæ, omnibus uenientibus patebāt, omnib9q; esurientibus, & sitiētibus cibum, potumq; impartiebantur, In afferendo eidem cibo talis obseruabatur consuetudo, trecenti, aut plures adulescentes epulas innumeras afferunt, & tam in prandio q̄ cena omnia genera rerū comestibiliū tā ex carne, q̄ piscb9, fructib9, & holerib9, quæ ea in regione haberi poterant. & ob frigiditatē regionis cuilibet scutellæ, & paropsidi accēsis prunis prunariū suberat, ne epulę frigiditate deteriores fierēt, & epulas eas omnes in aula magna, ubi cibum capere solebat in simul collocabant, & pene omnis aula steris ornata. & mūda epulis impleba tur, Ipse uero muteezuma paruo puluino coreaceo insidebat egregie elaborato, tempore quo discumbebat, ab eo distantes quinq;, aut sex senes discumbebāt, quibus ex appositis sibi epulis porrigebat. aderat unus familiariū, qui epulas apponebat, & amouebat, & ab aliis, qui extra erant, cibaria magis Domino seruientia expetebat: Lauabat manus ab initio: & in fine prandii, aut Cenę. & ea mappa, qua semel manus exsiccabat amplius nō utebatur, Similiter & paropsidibus, aut scutellis, quib9 semel fuerāt fercula allata nefas erat epulas imponi, nisi nouiter eslēt fabricatę, & de prunariis similis obseruabatur modus, quater quotidie uestiebatur, nunq̄ eadem utebatur ueste, quicunq; palatium ingrediebatˀ, nudis pedib9 illū ingredi oportebat, & cū uocati corā

Tricenti viri custodiūt animalia in palatio dn̄i Muteczuma voluptatis causa detenta.

Quō tractet dn̄s Mutecʒuma familiares suos.

Que epulę apponant Dn̄o Muteczuma.

Nota rem nullibi in Hystoriis Grecis aut Latinis inuentam.

eo se exhibebāt capite, & oculis inclinatis ibāt, & corpore humillimo. & eum alloquentes vultū non inspectabāt, quod magnæ uenerationis. & reuerentiæ signū erat, & propterea eos ea de causa fecisse cognoui, nam quidam illius Prouintiæ Domini aliquos ex Hyspanis increpabāt, eo ꝙ, dū me alloquerētur, erecti me intuebantur, quod paruę reuerentiæ, & uerecundiæ ascribebant: Cū domo exibat dictus muteezuma, quod raro eueniebat, omnes cum associantes. & qui sibi obuiam fiebant, eidem vultum auertebant, nec pacto aliquo eum inspiciebant, & omnes, donec transiret, immoti permanebāt, illū assidue pręcedebat suorū aliquis tres subtiles, & rectas gestās uirgas, quod ideo fieri putaui, ut homines monerētur, eum adesse, quando vero lectica descendebat vnam ex illis manu ipse gestabat, eamqꝫ donec ad cōstitutum locum peruenisset retinebat, erāt tot, & tam uarię Ceremoniæ, & modi, quos iste Domin9 muteezuma in suo obsequio seruari volebat, ꝙ multo maiore indigerē ocio, quam impræsentiarū nactus sum, & tenatiori memoria, vt eas omnes possem retinere, arbitror enim nullū ex Saladinis, aut Dominis infidelibus, de quib9 cognitionē habeam9 tot & tales in eorū obsequiis retinere cerimonias, Fui in hac celebri Ciuitate, vt reb9, quas ad Celsitudinis Vrę seruitiū pertinere cogitabā, prouiderē, consulerēqꝫ, & ut ꝓuintiā pacarē, allicerēqꝫ eidē Maie, Vrē regiōes, & habitata loca plurimis maximis Ciuitatib9, Villis. & Castris, & iuestigarē aurifodinas, intelligeremqꝫ Prouintiarū secreta tam ipsi9 Domini muteezuma, ꝙ aliorū, qui sibi contermini erant, & quibuscum cognitionē habet. sūt res tales, & tā admirabiles, ꝙ pene icredibiles videri debeant, & hæc erant bono animo suo, & Incolarū a me facta, nō aliter ꝙ si ab initio Celsitudinem Vestram in Regem uerū, & propriū Dominū cognouissent, & nō minori animo a me Regali Celsitudinis Vestræ nomine imperata exequebanť: Et in quibusdam non minus Celsitudinis Vestræ seruitio vtilibus fui ibi prępedit9 ab octaua mensis Nouembris Anni. M. D. XIX. usqꝫ ad ingressum mensis May instantis anni. M. D. XX. quo in dicta Celebri Ciuitate quietę, & trāquile agebam, & Hyspanos multos fueram partitus varias, & plures regiones pacando, & colonias erigendo in istis Prouintiis Maximo detinebar desiderio, expectabamqꝫ nauem cum responso relationis, quam ab istis regionibus ab initio Maiestati Vestræ transmiseram, ut eisdem impartirer ad Maiestatem Vestrā, quę impræsentiarū transmitto & omnia illa aurea, & emblemata, quæ hic habueram pro Cel

Cerimonia qua familiares ꝛ subditi alloquuntur Dominum Muteczuma.

Semper precedit Dominum Muteczuma aliquis tres subtiles virgas deferes.

Cortesio circūspectio in rebus consulendis.

Tempus describitur quo Cortesi9 fuit in ciuitate Temixtitani.

Nunciat Cortesio nouas ignotas naues ad ea littora applicuisse.

situdine Vestra: ¶ Ad me profecti sūt nō nulli Incolę Prouintiæ istius Domini Muteezuma vasalli ex eis, qui erāt contermini maris littori significantes prope montes Sancti Martini, qui sūt in littore ante portū, seu stationem Sancti Iohannis, aduentasse decem & octo naues, & qui forent, dicebant ignorare, quia eis visis illico mihi nunciatum properarant, Et post hos venit alius Insulę fernandinæ incola, & attulit mihi literas ab vno Hyspano, quē in ipso Maris littore collocarā. ut si forte naues aliquæ illuc aduentarēt, eisdem cognitionē mei dare curaret, & illius Ciuitatis, quæ prope portū a me habitanda fuerat suscepta, ne illis vagari cōtingeret ignorantib9, quibus in locis consisterē, qualiter quodam die vnica nauis ante portū sancti Ioannis visa erat, & quantū eius visus extendi poterat diligenter per maris littora prospexerat, & nullam aliam in cōspectu viderat, & eam nauim esse cogitabat. quā Maiestati Vestræ transmiserā cum tempus eius reditus approquinquasset, & vt certior fieret. ibi prętolabatur, donec dicta nauis applicaret, uel portum ingrederetur. ut ab ea informationem capere posset, & illico ad me aduolaret omnia nunciatum, His litteris visis, duos ex Hyspanis expediui, ut vnus iret vna via, alter vero alia, ne eueniret, ꝙ illi qui, forte mitterenť a dicta naui obuii illꝭ nō fierēt, quibus iniunxi nullibi morā traherent, donec ad dictum portū peruenirēt, & cognoscerēt quot naues aduenerant, & ex qua patria essent, & quid importaretur nauibus, & reuerterentur mihi nunciatum, Alium etiam destinaui ad Ciuitatem veræ Crucis declaratū ea. quæ audieram de prædictis nauibus, & iubebā, ipsi quoqꝫ inuestigarent, & inuenta referrent, & Alium pręfecto illi, quem cum centum, & quinquaginta peditibus (vt Maistati Vestræ superius declaraui) ire iusseram ad fundandam Coloniam in prouintia, & portu Quacucalco, cui per meas litteras mandaui vbicumqꝫ locorum nuncius eum offenderet, ibi consisteret nec vlterius progrederetur, donec aliud haberet a me in mandatis, allatū enim mihi fuisse dicebam, naues quasdā portui applicuisse, qui vt deinde apparuit iam eorum aduentū cōgnouerat priusꝙ̄ sibi litteræ meæ redderentur, & post eorum discessū quindecim cōtinuis diebus fuimus, ꝙ nil penitus auditum est, nec responsū habui ab eorū aliquo, ex quo nō parū accepi admirationis. Quib9 transactis venere alii Indi, vasalli quoqꝫ dicti Domini Muteezuma, qui mihi indicarunt dictas naues in ipso portu anchoras iecisse, & ꝙ homines ex nauib9 descēderāt, & eorū numerū secū

Nota miram Cortesio in rebus agendis circūspectionē

Hyspanos ad diuersa loca destinat Cortesius vt prospiciāt quę naues applicuerint.

Nūciat Cortesio naues portū ingressas 7 littore exposuisse equites 7 pedites cū tormentis.

afferebāt, ꝙ erāt octuaginta equites, & octingēti pedites, & decē aut duodecim tormenta, & hęc omnia picta videbātur in quadā patria papiro, ut ea ostenderent dicto Domino Muteezuma, & nunciarunt, ꝙ Hyspanus ille quem littori pręposueram, & nuncii alii, quos ego miseram erant apud homines, qui e nauibus descē derant, cōmiserantq; dictis Indis. vt exponerēt mihi. ꝙ eorū præfectus illos reuerti nō permittebat: Hoc intellecto cōstitui mittere pręsbiterū. quem mecū adduxeram cū meis litteris, & litteris Iudicū, & regētiū Ciuitatis verę Crucis, qui mecū erāt in præfata Ciuitate, quæ litterę dirigebantur pręfecto, & viris, qui applicuerant illi portui, nota eis faciendo pluribꝰ, omnia, quę mihi in his partibus euenerāt, & plurimas Ciuitates, Villas, & Castra subegeram, acquisieramq;, & eas pacifice subditas, retinebam Regali Celsitudinis Vestræ seruitio. & captum detinebam Primarium Dominū harū prouintiarū, & me esse in illa celebri Ciuitate, & de ipsius Ciuitatis qualitate, & auro. & emblematibus, quæ pro Maiestate Vestra obtinebam, & me iam misisse Maiestati Vestræ relationem istarū Prouintiarum, rogabamq; eos, ut mihi indicarēt, qui forent, & si essent ex Regnis, & Dominiis Vestræ Celsitudinis oriundi, & scriberēt, si ad has prouintias suo Regali mandato profecti fuissent, aut ad ponendas Colonias, & morari in eis, vel si vlterius progressuri, aut si vellent reuerti, & si pręmerentur necessitate alicuius rei, ꝙ darem omnem operam vt subleuarentur, si non essent e regnis, similiter mihi nunciandum curarent, si re aliqua pręmerentur, Offerebā namq; me si possem. remedium pręstaturum, sin minꝰ, ꝙ eos Celsitudinis Vestræ nomine iuberem a suis prouintiis discedere, nec in eas descenderēt, & si aliter fecissent, meis omnibus, viribus tam Hyspanorū, q̄ incolarū, eos aggrederer, & eos, aut capiendos, aut interficiendos, diligentiā adhiberem, tanq̄ alienigenas audentes ingerere se Regnis, & Dominiis nostri regis & Domini. Et post dicti Pręsbiteri cum pręlibatis ad eos litteris discessū, quinta luce ad me profecti sunt viginti, Hyspani in dicta Ciuitate Temixtitā cōmoranti, ex illis, quos in custodia Ciuitatis verę Crucis dimiseram, adducentes Pręsbiterum, & seculares duos in dicta Ciuitate verę Crucis inuentos, ex quibus cognoui classem, & viros, qui ad dictū portum aduecti erāt, eo Didaci Velazquez mādato peruenisse, qui est gubetnator Insulę Fernandinę, & locumtenens, & Dux, & pręfectus illius classis, erat quidam Pamphilus de Narbaez dictę Insulę incola, & secum adduxerat equites octuaginta, tor-

Capitur ab existentibꝰ in nauibus ille quē Cortesiꝰ reliquerat in littore.

Quę nuncianda cōmittat illis qui in nauibꝰ aduenerāt Cortesius.

Oblatio cortesij illis qui aduenerāt nūcianda.

Cognoscit Cortesius inuidum Didacū Velazquez classem illuc destinasse.

menta plura,& pedites octingentos, inter quos retulere octuaginta esse pixides gestantes,& gestantes balistas centum,& viginti, Et proficiscebatur prefectus generalis, & locumtenens gubernatoris istarum omnium Prouintiarum vice, & nomine prefati Didaci Velazquez,& illum habere mandatum a Vestra Maiestate,& illum, quem in littore dimiseram, ac nuncios a me missos esse apud prefatum Naruaez, qui eos redire non permittebat; qui cognouerat ab eis me in ea Prouintia Coloniam posuisse a dicto portu per leucas duodecim, & gentes quae in ea erant, & pari formiter, quos viros miseram in Prouintiam Quacucalco, & ab eo portu abesse per leucas tringinta in Prouintia Tuchitebeque nuncupata, & omnia, quae in seruitio Celsitudinis Vestrae in his Prouintiis gesseram, villasque, & Ciuitates quas Celsitudini Vestrae acquisiueram & pacatas reddideram,& Celebrem Ciuitatem Temixtitan, aurumque,& emblemata, quae in dictis Prouintiis habueramus, & ab eis certior fieri voluit de omnibus, quae mihi hactenus euenerant, eosque destinauerat dictus Narbaez ad Ciuitatem Verae Crucis. ut si fieri posset eos, qui in ea morabantur suo nomine alloquerentur. eisque suaderent, ut illum sequerentur, & contra me arma sumerent. secumque adduxere ad centum forte epistolas. que mittebantur a dicto Narbaez.& eius sociis commorantibus in dicta Ciuitate, in quibus continebatur, quod omnibus exponendis nomine suo per prefatum presbiterum,& alios eius socios fidem indubiam adhiberent. promittens de illis, qui eo modo fecissent. eum optimam habiturum rationem,& eos, qui non obtemperarent male mulctare minabatur. multaque alia, que in dictis litteris continebantur: Hec prelibatus presbiter,& hii qui secum venerant exposuere, Et quasi eodem instanti superuenit alius Hyspanus ex eis, quos miseram in Prouintiam Quacucalco & attulit ad me litteras a Ioanne Velazquez leone eorum prefecto, eisdem significabat. quod gens illa, que portui applicuerat, erat Pamphilus de Naruaez, qui huc proficiscebatur mandato dicti Didaci Velazquez vna cum militibus, quos secum conducebat,& litteras, quas dictus Naruaez cuidam Indo ad eum prefectum dederat tanquam consaguineum dicti Didaci Velazquez,& sororium dicti Naruaez per eundem ad me deferri curauit, quibus inscribebatur, ex meis nunciis illum cognouisse. dictum prefectum meum ibi cum illis militibus constitisse, Suadebatque, ut illico ille cum commilitonibus ad eundem Naruaez proficisceretur, quod si exequeretur ea, quae debebat,& ad que tenebatur, prestaret: Illumque optime scire. quod apud me vi degebat: qui

Naruaez veniebat vt generalis prefectus ad eas partes.

Naruaez mittit subornatores ad ciuitatem vere crucis.

Littere redduntur Cortesio quibus monetur de aduentu Naruaez.

Scribit Naruaez Ioanni Velazquez. ut a Cortesio deficiat.

Qui præfectus tanq̃ homo deuinctus, & obnoxius Maiestatis Vestræ seruitio non solum ea, quę a dicto Naruaez in litteris proponebantur, respuit sed missis ad me litteris illico, vt se mecum coniungeret cum omnibus cõmilitonibus discesserat, & optima habita informatione a dicto Presbitero, & a duabus sociis, de plurimis, & de his, quæ animo conceperant dictus Didacus Velazquez, & Naruaez, & qualiter Classe illa, & viris, qui inuehebantur contra me mouerat, ex eo quia relationem, & res istius Prouintiæ Catholicæ Maiestati Vestræ, & non dicto Didaco Velazquez transmiseram, quemadmodum malo animo proficiscebãtur, vt me vna cum multis, quos mecum habebam, quos iam proscripserant, neci traderent: Audiueram præterea Licentiatum Rodoricum de Figueroa Iudicẽ Præsidentiæ Insulæ nouæ, Iudices, & reliquos Celsitudinis Vestræ officiales. qui in ea resident, quamprimum ad aures suas peruenerat dictum Didacum Velazquez eam Classem parare, inspecto eius animo, quo mittebat, cum eis pateret, & constaret manifestũ damnum. & incomodum, quod ex eo euentu Maiestati Vestræ redundare posset, misisse Licentiatum Lucam Vasquez Aylon ex prefatis Iudicibus vnum cum procuratorio ad monendum, & iubendum dicto Didaco Velazquez, ꝙ dictam Classem nullo modo mitteret, qui eo profectus est, & offendit dictum Didacum Velazquez cũ Classe, & viris in ingressu dictæ Insulæ Fernadinæ, qui uentis vela dare parabat, eum, & omnes cum dicta Classe proficiscentes, ne venirent admonuit, quia ex eo Maiestas Vestra multum incomodi. & damni prepessura esset. & insuper pœnas addidit, quibus non obstantibus, & omnibus illis, quæ per dictũ Licentiatum mandata fuerant, nec monitione, Classem abire iusserat, & dictum Licentiatum esse in dicto portu affirmabat, & cum ea intentione cum Classe aduenisse, cogitando damnum, quod ex tali itinere resultaret, auertere posse, cum eidem, & omnibus malus animus, & mens, quibus dicta classis uentis uela dedisset, optime innotescerent: Iam dictum Presbiterum cum meis litteris ad Naruaez destinaui. quibus significabam, me ab eo presbitero, & ab eis, qui secum venerant, illum preesse

Nota Johannis Velazquez fidelitatẽ qui neglecto Consãguineo & sororio Cortesio adhesit.

Cur Didacus Velazquez odio prosequãtur Cortesium.

Iubent regẽtes Insulę nouę, monentque Didacum Velazquez ne contra Cortesiũ proficiscatur.

Litteras mittit Cortesius Naruaez qui cum classe aduenerat.

Verba Cortesij ad Naruaez litteris demandat.

viris, qui naui ea conducebantur, qua re multũ lętabar, cogitabã em̃ aliter, cũ nũcii q̃s miserã, nõ reuerterẽt, & me mirari ꝙ postea q̃ accęperat me in his Prouintiis Maiestatis Vestræ seruiciis initi, nil litterarum ad me dedisset, aut nuncium misisset mihi aduentum suum significatum cũ certe sciret me eius cognito aduẽtu plurimũ lętatũ iri, partim quia olim amicitia iuncti fueramus, partim quia arbitrabar eosdem ad inseruiendum Maiestati Vestræ huc aduenisse, quo nil iucũdius mihi euenire potuisset, & mittere subornatores, vt factitabat, & suasorias litteras cõmilitonib9 meis in Maiestatis Vestræ seruitio existentibus, vt contra me arma caperẽt, & ad eum transfugerent, non aliter q̃ si nostrũ aliqui essent Christicolę, alii vero infideles, aut aliqui Maiestatis Vestræ, alii vero minime, rogabamq; ab eo, vt in posterũ ea non vteretur via, sed sui aduent9 causas mihi insinuaret: Et mihi dixisse illos, se generalem pręfectum, locumtenentem, gubernatoreq; pro Didaco Velazquez nominari, & ꝙ tali se publice nomine appellari mandauerat in vniuersa illa prouintia: Et eum iam constituisse Iudices, & regentes. & iustitiam ministrarat, quod erat contra seruitium, & leges Vestræ Maiestatis, cum iste prouintiæ eidem Maiestati Vestræ subiicerentur, & colorẽtur a suis subditis, & in prouintiis constituti essent Ius dicentes, & regimen, non debebat vti titulis istis, cum a nullo fuisset admissus, quamuis, vt ea exerceret haberet mandatum a Vestra Maiestate, quæ si habebat petebã, & monebã, vt ea mihi, & regimini Ciuitatis Vestrę verę Crucis exhiberet, quib9 ego, & regimen parati eramus obedire tanquam mandatis nostri Regis, & veri Domini, & opere complerentur, quantũ Regali seruitio Maiestatis Vestræ conduceret, eram enim in ea Ciuitate, & Dominum captiuum in eadem detinebam, & in ea congesserã maximam auri quantitatem tam pro Vestra Celsitudine, q̃ his, qui mecum erãt, & me ipso, quod ego dimittere non audebam timens, ꝙ post meum ab ea Ciuitate discessum, eius habitatores a me deficerent, & talis Ciuitas, & tanta auri, & emblematum copia amitteretur, qua Ciuitate amissa omnes illæ prouintiæ deficerẽt: Et similiter dicto præsbitero dedi literas ad dictum Licentiatũ Aylon, quem vt postea resciui, cũ dictus præsbiter eo peruenit, dictus Naruaez cęperat, & captiuũ cum duabus nauibus remiserat. Eodem die quo dictus Pręsbiter discessit, ad me profect9 est nuncius ex illis, qui erãt in Ciuitate veræ Crucis, q̃ significarũt oẽs Incolas ꝓuintiarũ defecisse ad dictũ Naruaez, & potissimũ illos e Cẽpoal, & illis fędere iũctos

Cortesij conquestio contra gesta Naruaez.

Petit Cortesius mandata Cath. Ma. sibi exhiberi.

Licentiatũ Aylon eius scribam executorẽ capit Naruaez ne ei9 incepta perturbaret.

nullũ ex Incolis dictarũ prouintiarũ vlteriꝰ velle accedere ad dictã Ciuitatẽ pstatũ obſeqa,tã in arce, quã in rebꝰ aliis, quas antea præſtare ſoliti erãt, aſſerebant enim Naruaez illis retuliſse, me malum. & eum ea de cauſa aduenisse. vt me, & cõilitones meos omnes caperet, & nos captiuos abduceret, & puintiã deſereret, & ꝙ ſecum adduxerat gẽtes plurimas. & meę erant paruo numero, & adduxerat equos multos, & plura tormenta,ꝗ̃ mea eſsent, & illi ſequi partes victoris volebant, & vlterius dicebant ab Indis eiſdẽ illi innotuiſse dictũ Naruaez venturum hoſpitatum in dicta Ciuitate Cempoal, quia optime ſciebant quantum aberat a Ciuitate Verę Crucis, & arbitrabantur conſiderato malo animo dicti Naruaez in omnes, ab eo loco contra eos caſtra moturũ, & præſertim cũ ſibi Indos dictæ Ciuitatis coniunctos retineret, , & propterea ſignificabant ſe Ciuitatem deſerturos, & aſcenderent montem ad quẽdam procerem Celſitudinis Veſtræ Vaſallum, & nobis amicũ, ibiq; permanerẽt, donec nunciarẽ, quid ſibi agendũ eſset: Et illico conſiderato detrimento magno, quod incumbebat, cum dictæ Prouintiæ deficere cæpiſſent ex dicti Naruaez ſuaſione, videbatur, ꝙ ſi me conferrẽ eo, vbi ille extitiſset, multũ cohiberentur Incolæ me præſentem cernentes, nec contra me arma capere auderent, & etiam cogitabã modum inuenire, vt malum, quod incęperat, ſopiri poſse. Inde eadem die diſceſsi, fortiliciũ Mayz plenum relinquens, & in eo centum, & quadraginta homines, aquam, & aliqua tormenta, & reliquis, quos ibi habebã, qui erãt ſexaginta, ſum meum iter proſecutus cõmitantibus quibuſdam proceribus Domini Muteezuma, quem anteꝗ̃ diſcederẽ pluribꝰ ſũ allocutus proponendo, ꝙ conſideraret illum eſse Celſitudinis Veſtrę vaſallum, & nunc erant ſibi agendæ gratiæ a Veſtra Maieſtate de omnibus, quæ in Maieſtatem Veſtram contulerat obſequiis: Hyſpanos eos, qui remanebant ſibi admodum cõmendaui cum auro, & emblematibus, quę mihi fuerat elargitus pro Celſitudine Veſtra, & ab aliis dari iuſserat: proficiſci enim volebã exploratũ, qui forent illi, qui ad portũ noſtrũ applicuerant, quia eouſq;, qui fuerant, ignorabam, putabam tamen eos malos, & minime Celſitudinis Veſtræ ſubditos: Ille pollicitus eſt prouiſum iri eiſdem de omnibus, quę eſsent eis neceſsaria, & cuſtodiam habiturum de his, quæ ibi dimittebam, cum illud Sacræ Maieſtati Veſtræ pertineret, & illi, qui mecũ pficiſcebant me per ea itinera deducerẽt, ut ab eiꝰ puintiis nõ exirẽ, & de omnibꝰ mihi puidẽdũ curarẽt, meq; enixe rogabat, ſi iuenirẽ hoẽs eos imbos, vt illico

Deficiũt a corteſio Incolę Cempoal.

Nunciãt Hyſpani in Ciuitate vere Crucis relicti Ciuitatẽ ſe deſerturos metu Naruaez.

Verba q̃ diſcedens Muteezuma dicit corteſius.

Pollicetᷣ muteezuma ſe optimã rationẽ habiturum de Hyſpanis in Ciuitate Temixtitan relictis.

Verba Cortesij a Ciuitate Temixtitā discedentis Domino Mutecezuma dicta.

nunciarem, colligeret enim illico maximas copias, quæ eos oppugnatū proficiscerentur, & ad eos a prouintia eiiciendū, at ego illi de omnibus gratias egi. & ingenue affirmaui Maiestatē Vestram propterea aliqua gratitudine eum prosecuturā, & multa emblemata, & vestes vni ex filiis suis, & aliis plurimis Dominis, qui secū cōperiebantur impartitus fui: In Ciuitate Churultecal fact9 est mihi obuius Ioannes Velazquez, quem alias profectum fuisse, recensui, & miseram ad Quacucalco, qui ad me cum omnibus cōmilitonibus proficiscebatur, & demptis quibusdā aduersa valitudine detentis, quos in Ciuitatē ire iussi, cū eo. illis, & reliquis cęptū iter prosecut9 sum, & quindecim leucis vltra istam Ciuitatem Churultecal inueni Pręsbiterū, qui vnus ex meis sociis erat, quem quęsitum miseram, qui nam essent illi, qui portū Classe ingressi fuerant: mihiq; dicti Naruaez litteras præsentauit, quib9 cōtinebatur eum habere quædam mandata, vt sibi consignarētur dictæ Prouintiæ pro Didaco Velazquez, & illico ad eum irē illis obtemperaturus, & illū iam ędificasse Ciuitatem, Iudices, & regentes cōstituisse: Et accępi a dicto pręsbitero, qualiter captiuarat dictum: Lycentiatum aylon, & scribam suum, & executorem, & impositos Duabus nauibus dimiserat, illumq; donis sollicitauerat, vt aliquibus ex nostris sociis, vt transfugerent ad dictum Naruaez, suaderet, & ꝙ recēsuerat quosdam Indos, qui secum venerant, & tam equites ꝗ pedites, emiseratq; omnia tormēta tā in nauib9 existentia, ꝗ in littore, vt illis timorē incuteret, cōsiderate inquiens quō poteritis vos a nobis protegere, si nobis non morē gesseritis, retulit etiam se vidisse apud dictum Naruaez vnū ex Dominis istius Prouintiæ Vasallum Domino Muteezuma, quē præposuerat omnibus suis Prouintiis a montibus ad littora ipsius Maris, & sciui eundem allocutum Naruaez nomine dicti Domini Muteezuma, & illi fuerat impartitus quędā aurea emblemata: Et e conuerso dictus Naruaez eidem varia munuscula, & etiam sciuerat eum ab eo loco expediuisse nuncios quosdam ad Dominū Muteezuma promittendo se illum soluturum. & hac de causa huc aduentasse, vt me caperet vna cum meis cōmilitonib9. & illico erat discessur9, dimissurusq; ꝓuintias, nec aurū cupere, sed tantū me capto cū meis cōmilitonib9 reuerti, & ꝓuintias, & earū Incolas libertate donare: Postremo pcæpto ei9 sententi ī esse collocare se in his Regionib9 ꝓpria auctoritate nomine eū recipiēte, meq;. & cōmilitonib9 meis illū in ducē, & Iudicē recipere nolētib9 nos aggredi, & bello expugnare, & ad id fæ d9

Presentant littere Naruaez Cortesio

Nunci9 Dñi Mutecezuma Naruaez alloquitur & illum quibusdā munerib9 donat.

Intētio Naruaez in capiendo Cortesiū.

Iniuisse cum incolis Prouintiarum, & potissimum cũ dicto Domino Muteezuma per eius nuncios, & cũ manifeste prospicerem damnũ, & incõmodũ, quod Sacræ Maiestati Vestrę ex premissis emergere potuisset, quamuis mihi recenserẽt illũ maximã afferre potestatẽ, & in mandatis habere a dicto Didaco Velazquez, vt me, & ex meis quosdã, quos iam proscripserat, si in eius potestatẽ deueniremus, ꝙ primũ laqueo vitã finire cogeret, nõ recusaui ꝓpius accedere animo voluens aliquo modo sibi demõstrare maximũ incõmodũ, & detrimẽtũ, quod Maiestati Vestræ inferebat, & posse eum auertere a malo animo, & cogitatione, inceptũ iter secutus sum, & per quindecim leucas anteꝗ̃ ad Ciuitatem Cempoal, in qua dictus Naruaez morã trahebat, peruenirem: ad me reuersus est ille Pręsbiter, quẽ milites Ciuitatis verę Crucis ad me misisse dixi, & cui litteras dederã ad dictũ Naruaez, & Licentiatũ Aylon alio comitante pręsbitero, & quodã Andrea de duero Incola insulę Fernandinę, qui etiam cũ dicto Naruaez illuc aduenerat, qui loco, & uice responsionis mearũ litterarũ mihi nomine dicti Naruaez imposuerunt, ꝙ omnino ad sibi parendũ proficisci deberẽ, & illum in Ducẽ haberem, sibiꝗ̃ Prouintiam dimitterem, aliter enim mihi maximũ damnũ euenire posset, asserentes dictũ Naruaez maximã habere potestatem, & nos minimam, & fere nullã, & vltra Hyspanos, quos adduxerat, Incolæ quoꝗ̃ eidem fauebant, & si constituerem sibi Prouintias tradere, mihi naues, & cõmeatũ ad libitũ pollicebantur, & me posse cum omnibus, qui mecũ proficisci cuperent, & cũ omnibus, quæ exportare vellem⁹ absꝗ̃ impedimẽto aliquo discedere: Et alter ex pręsbiteris retulit ita fuisse constitutũ a dicto Didaco Velazquez, vt hoc pactũ mecũ inirẽt, & ad hoc dederat procuratoriũ dicto Naruaez, & illis duobus pręsbiteris coniunctim, & circa hoc parati erant mecũ quomodocũꝗ̃ vellẽ pacisci: Respondi me a Maiestate Vestra mandatũ velle prospicere, vt deberẽ dictas Prouintias tradere, & si quod haberẽt, mihi, & Regimini Ciuitatis veræ Crucis exhiberent, prout est ordo, & consuetudo in Hyspaniis, erã enim illi pariturus, id ꝗ̃ executioni mandaturus. & donec illud non uiderem, nulla conditione illis, quæ dixerant morem gerere constitueram: Sed potius ego, & omnes commilitones mei pro defensione prouintiarum vitam exponere parati eramus, posteaꝗ̃ illas acquisiueramus, pacificas, tutoꝗ̃ detinebamus pro Vestra Maiestate, ne proditores, infidosꝗ̃ nostro Regi nos exhiberemus: Proposuerunt præterea conditiones plures,

Nota Cortesij cõstantiam ꝛ fidem in Regem suum.

Veniunt nũcij Naruaez ad Cortesiũ ut tradat prouintias.

Promissiones Cortesio factę a nũcijs Naruaez si eis ꝓuintias traderet.

Respõdet cortesius malle mori ꝙ̃ Prouitias tradere sine sui Regis mãdato.

Conditiones multas ꝓponunt Cortesio nūcij Naruaez ut a prouincia recedat

vt me in suā sententiam allicerent, nulli tamē earum volui acquiescere, nisi prius viso Celsitudinis Vestræ mādato. quod tamen nunꝗ voluerunt ostendere: Tandem duo illi Pręsbiteri, Andreas de Duero, & ego cōcordes fuimus, ꝙ dictus Naruaez cū decē viris, & ego totidē comitatus, pręmisso ambarū partiū saluo conductu colloqueremur, ibiqꝫ mandata, si qua haberet ostenderet, & illi respondere deberē. Ego vero misi saluum conductū subsignatū, & similiter ipse ad me misit suum manu propria subscriptū,

Parantur insidię Cortesio a Naruaez ut interficiatur Cortesius.

qui, vt postea apparuit, insidias mihi parauerat, vt illo in colloquio me interimerēt, & huic negotio elegerat duos ex illis decem, quos secū ducere cōstituerat, reliqui vero cū eis, quos mecū ego adducere deberem, pugnarent, asserebant enim me mortuo, se iā negotio finē imposuisse, vt re ipsa fuisset, nisi Deꝰ. Opt. Max. qui in similibus opem ferre solet, remedium attulisset: Factus enim fui certior eodem tempore, quo nobis saluum conductum attulere ab eisdem, qui contra me cōiurauerāt, quod ubi percępi, dicto Naruaez nūciaui per meas litteras, me suū malū in me animū percępisse, nolleqꝫ me eo, vt inter nos cōuentum fuerat, proficisci, & eo instanti ei monitionē, & mandatū meo nomine conficiendū cōmisi, quo monebam dictū Naruaez, si aliqua mandata

Mādat Cortesiꝰ Naruaez ne se in Prouintijs illis impediat.

obtineret a Maiestate Vestra, ea mihi exhiberet, & eousqꝫ non vsurparet sibi nomē ducis, & Iudicis, nec se in re aliqua pertinenti dictis officiis sub pęna eidē imposita impediret, & præcipiebā dicto mādato omnibus, qui cū dicto Naruaez aduenerāt, ꝙ nullo modo eum in Ducē haberēt, aut eidem parerēt tanꝗ Duci, aut Iudici, Immo intra certum spatiū in mandato assignatū corā me comparere deberent audituri, quid in Celsitudinis Vestræ seruitio acturi essent, pręmissa protestatione, ꝙ si secus agerent contra eosdem tanꝗ contra rebelles procederem, & proditores, infidos, & malos subditos a suo Rege deficientes, & illius Prouintias usurpantes, & dominia, & earū possessionem eis dare cupientes, quibus nō spectat Ius, nec actio cōpetit: Et si in vim talis mādati non comparerent, nec illud, quod in dicto mandato continebatur, exequerētur, cōtra eos procederē secundū formā Iustitiæ:

Incarcerantur nuncij Cortesij a Naruaez.

Et responsum, quod mihi dictus Naruaez dedit, illud fuit, ꝙ notarium, & eum, qui cum meo procuratorio profectus erat, ad indicandum præceptum meum carcere mācipauit, vna cum quibusdam indis. quos secum habebant, qui detenti sunt, donec eo peruenisset alius nuncius meus, quem miseram sciscitatum, ubi se continerent, coram quibus omnes milites denuo recensuerūt, &

minati sunt eis, & mihi, si prouintias eisdem non traderemus. Et cũ cognoscerem non posse tantũ malũ, & scandalũ euitare, & prospiciens, ꝙ Incolæ Prouintiarũ iam tumultuari cæperãt, & indies magis insurgebãt, me Deo cõmendãs, & deposito timore damni. quod euenire poterat, animo voluens mori in seruitio nostri Regis, & ad protegendas eius prouintias, & si eas usurpare nõ permitterem, maxima mihi, & cõmilitonibus meis gloria inde nasci poterat, Mandaui Condisaluo de Sandoual meo magno executori, vt dictũ Naruaez, & eos, qui se Iudices, & regentes vocari volebant, capere studeret, & ei tradidi octuaginta ex meis commilitonibus, quibus mandaui, vt illũ sequerentur, & eos caperẽt, ego vero cum reliquis centum septuaginta, qui in totum erant du centi, & quinquaginta sine tormentis, & nullis comitantibus equitibus, sed solum peditibus dictum maiorẽ executorem subsecutꝰ fui, vt eidem opem ferrem, si dictus Naruaez, & alii nollent se capi permittere: Eadem die, qua dictus magnus exequutor, & ego insimul peruenimus ad Ciuitatẽ Cempoal, vbi dictus Naruaez cũ suis militibus constiterat: Ille vt audiuit aduentũ nostrũ. octuaginta equitibus, & quingentis peditibus, præter eos, quos in hospitio dimiserat, e Ciuitate egressus est, erat autẽ eius hospitiũ Meschita maior in illa Ciuitate, quæ erat munitissima. Et his comitãtiꝰ eqtibꝰ, & peditibꝰ aduenit per leucã ab eo loco, vbi erã, & si aduentũ meũ pręsciuerat, illud ex indorũ relatione intellexerat: & cũ me non inuenisset, ratus est, ꝙ illum deluderent, reuersus est ad suũ hospitium semper tamen milites suos paratos retinens, & quasi per leucã a dicta Ciuitate duos dimisit exploratores, & quia maxime cupiebam scandalũ euitare mihi visũ est, ꝙ cõmodius, & minori scandalo noctu proficisceɾer, si fieri posset. tam tacite ingrederer, ꝙ me non audirent, iremusq; recto tramite ad hospitiũ ipsiꝰ Naruaez, quod ego, & cõmilitones mei optime noueramus ad ipsũ capiendũ, quo capto putabã vlterius nullũ scandalũ euẽturũ, quia reliquos Iustitiæ parituros cẽsebã, & pręcipue quoniã maior eorũ pars coacta huc accesserat, & ui, quam dictus Didacus Velazquez eis intulerat, & timore ne Didacus Velazquez eisdem seruos, quos in Insula Fernandina obtinebãt. auferret. & ita successit. quia die Pentecostes parum post mediũ noctis dictum hospitium aggressus sum, offendi tamen prius exploratores, quos dictꝰ Naruaez in itinere collocauerat, et illi quos præmiseram, alterũ cępere, & alter aufugit, ex quo percępi, quẽ ordinem obtinerent, & ne explorator, qui fuga captiuitatem eui-

Cortesius prospicit damna quę ex aduẽtu Naruaez sub sequi possent.

Iubet Cortesiꝰ a suo magno executore Naruaez capi

Audit Naruaez aduẽtare Cortesium.

Noctu Naruaez aggredi cõstituit Cortesius.

Cortesiꝰ aggreditur Naruaez cũ socijs in ciuitate Cempoal.

tauerat, eo anteq̃ ille peruenirer, quantū fieri potuit festinaui, tamen tantū festinare non eualui, ꝙ ille me per mediæ horæ spatiū nō preueniret: Et cū ego adueni dictus Naruaez, & socii omnes arma induerāt, equosq; suos prepararauerant, & multū preparati ducenti viri pro quolibet quadrangulo vigilabant, & tam tacite eo deuenimus, ꝙ cū nos adesse cognouere, & ad arma conclamatū est, iam ingress⁹ fuerā impluuiū sui hospitii, in quo omnes hospitabantur, & congregati morabantur, & ceperant tres, aut quatuor turres in eo existētes, & reliquas omnes munitas habitationes: In gradibus vero vnius ex dictis turribus, quā dictus Naruaez inhabitabat decē, & nouem tormenta fusilis æris collocata erant, tam veloces in eius ascensu fuimus, ꝙ tormentis ignem admouere non potuere pterq̃ vni, quod etiā Deo sic volente globum non emisit, nec damnū alicui intulit, & sic turrim predictā ascendim9, donec deuentū est ad habitationē ipsius Naruaez, quā quinquaginta comitatus cōmilitonibus optime tuebatur, & cum magno executore decertabāt, & sociis suis: Quāuis multoties eos monuisset, vt sese captiuos Maiestati Vestræ dederent, nunq̃ tamen annuere voluerūt, donec turri ignis apponeretur, & igne præmēte, sui ditionē fecere: Dū dictus magnus excutor operā dabat, vt dictū Naruaez capere posset, ipse cum reliquis, qui apud me remanserāt turris ascensū tuebar aduersus eos, qui ei suppetias ferebant, & tormenta illa omnia capienda curaui, & me illis adeo munitū reddidi, ꝙ sine cæde hominū, præterq̃ duorū, qui tormēti ictu perierant, vnius horæ interuallo omnes, quos capere volebā, in mei potestatē deuenere, & armis concessis reliqui omnes, mihi, Iusticieq;, parere ꝓmiserunt, & Maiestati Vestræ, se deceptos hactenus as erentes, quia professi erant eousq; eos a Celsitudine Vestra mandatū obtinere, & ego vna cū Prouintia defecerā, & erā Celsitudinis Vestræ proditor. plurimaq; alia eisdē exposuerant, & cognita rei veritate. & malo animo atq; intentione, quib⁹ dictus Didacus Velazquez, & Naruaez moti fuerāt, maxima affecti sūt voluptate, ꝙ Deus ita fieri permisisset: Et certiorē reddo Maiestatē Vastrā, si Deus solita sua Misericordia. & pietate huic negotio manū non apposuisset, & dictus Naruaez fuisset victoriā adept9, mai⁹ damnū, & incōmodū fuisset secutū. quā diu fuerit secutū inter Hyspanos data cōparatione, Mandato eni Didaci Velazquez vt me vna cū sociis meis multis suspenderet. morē gesisset, ne aliquis superesset, qui de gestis per eos notitiā aliquā exhibere posset: Quia vt ab Indis postea percæpi, constitu-

Intrat tacit⁹ Cortesius cū socijs habitationem Naruaez.

Nota cortesij celeritatem in ascendēdo scalas habitationis ipsi⁹ Cortesij.

Ignis inijcitur a Cortesio habitationi Naruaez.

Capit. Naruaez cū socijs a Cortesio.

Narrat Cortesius damnū quod sequi potuisset si Naruaez victoria fuisset porit⁹.

erant,si forte euenisset, ꝙ dictus Naruaez me caperet,(vt ipse eisdem apperuerat)non posset tantum fieri sine damno eius· & suorum, ꝙ multi ex suis & meis cōmilitonibus nō perirent,& illi hoc interim interficerent eos,quos in Ciuitate dimiseram,vt etiam aggresi sunt,& deinde omnes in vnum conuenientes aggrederētur eos, qui hic superessent ,adeo ꝙ suæ prouintiæ remanerent liberæ,& Hyspanorum memoria nō superesset: Et Maiestas Vestra dubitare non debet, ꝙ si ita fecissent, & eam sententiam executi fuissent, ꝙ viginti annorum circulo prouintiæ, quæ subactę ,& paccatæ erant non vincerentur ,& pacarentur, Per tres dies post Captiuitatem dicti Naruaez, cum in dicta Ciuitate tanta multitudo ali non posset, & iam pene esset destructa , quia dictus Naruaez,& eius socii eandē deprædati fuerant, Incolæ enim aberant ,& domus erāt solę : Expediui duos præfectos ,& cuilibet, eorum tradidi tricentos viros vnum destinaui ad cæptam Coloniam,de qua iam Maiestati Vestræ mentionem feci in portu perficiendam, Alterum ad fluuium illum , in quo naues Francisci de garay vidisse dicebant, quia eum locum mihi certum habebam, & ducētos misi ad Ciuitatē Verę Crucis,quo naues omnes, quas dictus Naruaez adduxerat, anchoras firmasse audiuerā cum reliquis militibus ire iussi, vt ibi consulerem rebus,quæ ad commodū Vestræ Maiestatis pertinere putarem ,& nuncium destinaui ad Ciuitatem Temixtitan,quo omnia ,quæ mihi euenerant significabam Hyspanis, quos ibi dimiseram , qui duodecim dierum spatio reuersꝰ est, & mihi attulit litteras a pręfecto ibidem, & militibus ,quibus me certiorem reddebant , Indos fortilitium acriter oppugnasse,& multis locis ignem imposuisse , & cunniculos quosdam subterraneos effodisse ,eosq; fuisse in maximo vitæ discrimine,& labore, & omnes illi fuissent interfecti, nisi Dominus Muteezūa eis imperasset,vt a dicta oppugnatione desisterent, adhuc tamen eos obsideri, quamuis non oppugnarentur, affirmabant,nullumq; ex eis per binos passus extra fortilitium Indi exire patiebantur ,& dum pugnarent maximam commeatuum portionem , quam dimiseram ipsis ereptam fuisse , & combusserant eos quatuor bergantinos , quos costruendos curaueram in dicta Ciuitate Temixtitan,& versabantur in maxima rerū omnium egestate,rogantes vt illis opem ferre festinarē . & visa eorū necessitate,& considerato,ꝙ vltra interfectos Hyspanos omne aurum ,argentum ,& emblemata,quæ ex prouintiis habita fuerant ,amitterentur,amitteretur melior, & nobilior Ciuitas , quę

Indorū illarū prouintiarum intētio si Naruaez & Cortesius inter se cōfligerent.

Nota malum ordinē Naruaez in conseruandis subditis.

Nunciatur Cortesio milites relictos in ciuitate Temixtitan ab incolis oppugnari.

Petunt milites in ciuitate Temixtitan ut Cortesius cito eis opem ferat.

Nota Cortesij circumspectionē.

ſit vniuerſo nouiter adinuēto orbe, qua amiſſa omnia, quæ hacte
nus in his prouintiis acquiſiuerā, amittebātur, cū illa eſſet prima
ria, cui omnes reliquæ parebāt, ſtatim nuntios ſubſequi iuſsi qui
prefectos ſubſequerentur, qui profecti fuerant cum dictis militi
bus, enumerans eiſdem omnia, que ad me ſcripſerant milites
Hyſpani ab ea Ciuitate, & ꝙ illico vbicūq; eos offenderent, pedē
referre admonerent breuiori itinere, quo fieri poſset ad Ciuitatē
Taſcaltecal, vt cum militibus, qui mecū erant, & tormentis omni
bus, quibus potui, & cū ſeptuaginta equitibus me illis coniunge
rē, & poſtq̄ eo aduenere, milites omnes perluſtraui erant autem
ſeptuaginta equites, & pedites quingenti, & eiſdem comitantib9

Festinanter progreditur Cortesi9 Ciuitatē Temixtitan versus.

maiori celeritate, qua potui diſceſsi Temixtitan verſus, in eo iti
nere null9 ex ſubditis Domini Muteezuma mihi obuiam venie
bat, vt prius facere conſueuerant, & prouintiæ illæ omnes erant
tumultuantes, & domus pene inhabitatę: Hac re ſuſpitione max
ima adducebar, Hyſpanos, quos in dicta Ciuitate Temixtitan
dimiſarā, iā interēptos, & ꝙ omnis prouintiarū multitudo in vnū
conuenerat, exſpectabatq; me aliquo in arduo loco, aut anguſtiis
quibus mihi facilius obeſse poſſent, & hac ſuſpitione paratiores
meos continui, quo fieri potuit, donec perueni ad Ciuitatem

Inuestigat Cortesius an viuant Hyspani in ciuitate Temixtitā

Teſnacan, que vt ſuperius apperui eſt in ipſo lacus littore; & ab
incolis quibuſdam queſiui quid eſset actum de Hyſpanis, quos
in Temixtitan reliqueram, eos mihi viuere retulere, eis iniunxi,
vt Canoan adducerent, volebā enim ea Hyſpanum Temixtitan
ire viſum, & dum eo proficiſceretur, vnum ex Incolis mecū mora
ri oportebat, ex Incolis dictę Ciuitatis vnus, qui mihi aliquantu
lum ex primatibus videbatur, reliqui vero, quibus cum conſuetu
dinem habebam, non apparebant, Canoam adducendam cura
uit, & Hyſpano, quem mittebam adiūxit Indos quoſdam, ipſe ve
ro mecum remanſit: Et dum dictus Hyſpanus iturus ad Ciuita
tem Temixtitan Canoam aſcenderet, aliam Canoam eo tendentē

Aduentat ad Cortesiū vn9 ex Hyspanis relictis in ciuitate & ex eo oīa cognoscit.

conſpexit, eamq; ut propius accederet, expectauit, in ea ve
hebatur ex Hyſpanis vnus, quos in dicta Ciuitate dimiſera & ex
quo cognoui Hyſpanos omnes viuere preter quatuor. aut ſex,
quos Indi interemerant, reliqui vero obſidebantur, nec eos exire
Indi patiabātur e fortilicio, & nil ſibi impartiebant, niſi maxima
pecunia, quamuis audito meo aduentu mitius ſecum egiſsent, &
Muteezuma nil aliud deſiderare, niſi meum aduentū, vt ſibi co
pia daretur ſpaciandi per Ciuiuitatem. vt antea facere ſolitus fue
rat, & ſe optime perpendere ea, que in dicta Ciuitate ſucceſse

rāt, me iā præsciuisse, & propterea me iratū, & animo vt aliquid damni inferrem eo proficisci, & enixis pręcibus rogabat irā deponerē, quia ipse non min9 ea molesto, & ęgro animo tulerat, q̃ ego met, & nil ex suo consensu, aut voluntate factum, & alia multa mihi exponenda cōmisit, quo me ab ira, quā cōcepisse cogitabat ex cōmissis auerteret, proficiscererq̃ ad Ciuitatē is, qui ante fueram, quia imprę sentiarū non minus executioni mandarent mandata mea, q̃ prius, & illis obedirent: Respondi me in illū nullā iram concepisse, cum optimū eius animū cognoscerē, & esse credebā. Et sequēti die in vigilia Sancti Ioannis Baptistæ discessi, & hospitatus fui per leucas tres a Ciuitate Temixtitā: Et alio die post q̃ Diuinis solemniis interfui iter meū prosecutus sū, & fere ante meridiē Ciuitatē ingressus sū, & vidi homines non multos in Ciuitate, & portas aliquas in triuiis, quadriuiis amotas, quod mihi minime placuit, ratus tamē sū ex timore eorū, quę cōmiserant fecisse, & ut cū ibi essē ill℗ securitatē ipartirer, ego autē recto itinere progressus sū ad fortiliciū, in quo, & Meschita illa maiori, quæ fortilicio herebat omnes, qui mecū proficiscebantur hospitati sūt, Illi qui in fortilitio oppugnabantur eo gaudio, & animorū exultatione nos excæpere, tanq̃ eisdem vitā attulissemus, aut de nouo donauissemus, quā se iam amisisse putabant: Eum diē magno gaudio, & exultatione transegim9 nos quietē habere sperātes, altera vero die post missarū solemnia miserā nunciū ad Ciuitatē veræ Crucis noua bona nunciās, Christianos adhuc viuere, & me Ciuitatē ingressū, & tuto esse in ea, qui nuncius mediæ horæ interuallo vulneribus plurimis affectus clamās Indos omnes Ciuitatis bello aptos, vt in nos irruerent aduentare, & eos pontes Ciuitatis ammouisse. & post eum tanta hominū multitudo vndiq̃ cōfluens nos aggressa est, vt nec vici nec subdialia pauimenta præ multitudine apparerēt, & proficiscebantur maioribus vlulatib9, & terribilioribus vociferationibus, quæ unq̃ excogitari possent, & tot erāt lapides, quos in fortilitiū fundis iniecerant, vt Cœlum lapides pluere videretur, & tātus erat sagittarū, & iaculorum numerus, q̄ illis omnes parietes, & impluuia erant referta, & per ea iri fere non poterat: Ego vero domo egressus in eos irrui, & nobiscum acriter pugnauerunt, & ab vno latere ex pręfectis meis vn9 cum ducentis viris fortilitio exierat, priusq̃ posset pedem referre quatuor ex suis trucidati sunt, & eundem præfectum, & alios plures vulnerarunt, nos vero paucos ex eis interficiebamus, quia illi se vltra pontes recipiebant, & ex subdialibus pauimentis lapi

Verba Cortesio nomine domino Mutecz uma plata.

Ingredit Ciuitatem Temixtitā Cortesius.

Indi Cortesij habitationem inuadūt & oppugnant.

Congreditur cum Indis Cortesius & vulneratur.

Nota subdialia pauimenta varijs armis munita & indorũ strenuitatẽ.

dibus nobis maxime oberant, ex quibus expugnauimus. & combussimus aliqua, tamen erãt tam crebra, & adeo munita. & tot viris, & lapidibus, aliisq; variis armorũ generibus referta, vt potentes non essemus ad omnia oppugnanda, & tuendũ, ꝙ illi obesse nobis non possent ad libitũ: Fortilitiũ nostrũ tam acriter oppugnarunt, vt variis in locis ignem apposuerint, & in vno cõbusta est maior pars, anteq̃ opem ferre possemus, donec parietũ incisione eum euitauerimus, & ex violenta parietũ eiectione ignis extinct9 est, & nisi ibi maximũ pręsidiũ collocassẽ: videlicet homines balistis, & pixidib9 vtẽtes, aliaq; tormẽta eorũ profecto repẽtino aduentu nobis obsistere non valentibus fortilitiũ ingressi fuissent, & eandem diem certando usq; in obscurã noctẽ consumpsimus, nec tamen ea secuta tuti fuimus ab eorũ uociferationibus & tumultu, donec dies superuenit, ea nocte per eos destructa reficienda, & alia multa, quibus fortilitiũ indigere videbatur pręparanda curaui, & stationes aptaui, & in eis milites, qui eas tuerentur, & sequẽti luce essent pugnaturi collocaui, & militum vulneribus medicamenta sunt adhibita, qui erãt vltra octuaginta numero, & luce accedente hostes nos acrius, q̃ pręcedẽti die oppugnare cœperũt, & tanta illorũ aduenerat multitudo. vt illi, qui tormẽtis pręerant in illis arte dirigendis diligentia vti non indigerent, sed tantũ viso indorũ agmine ignem tormẽtis admouere. & quãq̃ tormenta illis multũ damni inferrẽt, quatuordecim enim in hostes vtebamur tormentis non enumeratis pixidibus. & balistis, ea tamen omnia tam leuia damna tantæ multitudini inferebant vt nil eis obesse videremur, emisso enim tormẽto decem, aut duodecim interfectis alii succedebant, & relicto in fortilitio condecẽti pręsidio, & quod dimitti poterat illico exiui, & pontes aliquos occupaui, & domos quasdam igne consumpsi, & plures illorum interfecimus, qui eas tueri nitebantur, & tanta illorum erat multitudo, ꝙ q̃uis maximã stragẽ illis intulissemus, eorum vires parũ minui videbãtur, Nos enim continuo integro die certare cogebamur, illi vero per horas, quia vicissitudines habebant. & semper abundabant. eodem quoq; die vulnera intulerunt quinquaginta aut sexaginta Hyspanis. quamuis null9 obierit: In noctem pugnauimus, & lassi retrocessimus ad fortilitiũ: Considerato maximo damno ab hostibus nobis illato, & ꝙ hostes nos tuto loco cõsistẽtes vulnerabant, & interficiebant, & damnũ, quod illis inferebamus. non videbatur, cum tanta eorum esset multitudo eam noctẽ & sequentẽ diẽ in machinis tribus ligneis conficiendis, & cõstru

Nocte etiam nõ quiescit cortesi9 ut demolita reficiat.

Nota maximã Jndorum multitudinẽ Cortesiũ oppugnantem.

Hyspani plurimi ab Jndis vulneribus afficiuntur.

endis consumpsimus, quorum quælibet intra se milites viginti continere poterat, vt eos lapidibus, quos a subdialibus pauimentis iaciebant, offendere non possent, aliqui intus existentes pixidibus, aut balistis, reliqui vero acutis ferreis malleis, ligonibus, & masris ferreis ad effodiendas domos, destruendosq; aggeres per eos in vicis positos vtebātur: cum machinis conficiendis operam sedulo impenderemus, hostes nihilominus nos oppugnare non desistebant (adeo) vt dum nos fortilitio non exiremus, illi illud ingredi totis viribus nitebātur, quibus ne ingrederentur maximo cum labore vix restitimus: Dictus autem Muteezuma, qui semper apud nos remanserat vna cum filio, & multis proceribus, qui a principio detenti fuerant, dixit, vt illum ad subdialia pauimenta fortilicii deduceremus, alloqui enim constituerat Duces illius multitudinis, & sperabat ita efficere, q͏̄ desisterent ab ea oppugnatione, illum extrahendum commisi, qui cum peruenisset ad fornicem, vt ab eo illos alloqueretur, sui eius caput lapide percussere, & tam violenti vulnere est affectus, q͏̄ trium dierum spatio ab humanis excessit, eum extrahendum e fortilitio imposui duobus Indis, quos captiuos detinebam, illum multitudini apportarunt, quid tamen fuerit actum ignoro, propterea tamen oppugnatio non cessauit, & indies augebatur, & acrior, maiorq; reddebatur. Eo ipso die me ad eundem fornicem, vbi Dominum Muteezuma vulnerarant, vocauerunt asserentes eo accederem, quia quidam ex illorū Ducibus mecum colloqui desiderabant. & ita feci, multaq; fuimus colloquuti, & interrogaui, cur me oppugnarent, cum nullam causam haberent, Prospicerētq; bona, quæ a me habuerant, & q͏̄ me secum bene gessissem. Respondebant si prouintia excederē, illico cessaret oppugnatio, & aliter ratum haberem eos omnes, aut perituros, aut nos penit9 erradicaturos, qui vt postea apparuit, ea proferebant, vt fortilitio excederem, & me in egressu Ciuitatis intra pontes pro libito interciperent, respondi eos cogitare non oportere, vt pacem ab eis impetrarē, quia in aliquo timerem, sed ea tātum causa, quia dolebā, & moleste ferebam a me illis illatum damnum, & tam celebrem Ciuitatem destruere cogerer, qualis erat illa, idem pręstabant responsum, q͏̄ nusq͏̄ ab oppugnatione prędicta desisterēt. nisi Ciuitatē exiuissē, perfectis machinis subito exiui, vt subdialia quędā pauimenta expugnarē, & pōtes, præeuntib9 Indis, & post eos quatuor tormētis, multisq; aliis balistis, & parmis vtētib9, & pl9 trib9 milib9 indis, qui mecū aduenerāt ex ꝓuintiis Tascatecal, &

Cōstruit machinas tres Cortesius ad euitandos lapides ab indis a subdialibus pauimentis emissos.

Vulneratur a suis Domin9 Muteezuma et trium dierū spatio morit.

Colloq͏̄t Cortesi9 cū indis de concordia incunda.

Demo machinis illis ligneis e fortilitio exit Cortesius

Hyspanis inseruiebant, & postq̄ peruenimus ad pontem, machinas parietibus applicuimus, quorundam pauimentorum, & scalas, quas ad ascensum attuleramus, tanta multitudo hominū dictum pontem tutabatur, & pauiméta. & tā crebri, & pōderosi erāt lapides, qui ab eis vi iaciebantur, q̄ machinas nostras dissiparunt, & Hyspanum vnum interfecerunt, & plures vulnerarunt. & quamuis acriter pugnatum fuerit, tamen egressum aliquem habere nō potuimus, certauimus enim a summo mane, ad meridiē, & maxima repleti mæsticia ad fortilitiū deuenimus, quapropter tantum hostes animis creuere, vt ad portas fortilicii irruerent, & Meschitam illam magnam occupauere, & ampliorē, & editiorē illius turrim forte quingenti viri ex primatibus cōscenderunt. & sibi cōmeatum amplum cōstituerunt, vt panis, aquæ, & aliorum esculentorum. & maximam lapidum quantitatē, quorum maior pars habebat latas hastas cuspidibus ex silice nostris amplioribus, & non minus acutis, & ab ea turri multum officiebāt nostris in fortilitio versantibus, quod eidem adherebat. ea turris bis, aut ter ab Hispanis frustra oppugnata est. & vt eam ascenderent audacter irruerunt, & cum esset excelsa. & ascensu ardua, quæ habebat vltra centum gradus, & superius existentes essent lapidibus muniti, multisq̄ aliis armorum generibus, & animis aucti, quia eisdē subdialia pauiméta occupare non potueramus. nūq̄ Hyspanorum aliquis ascendere cępit, qui rotatim nō descēderet, & multis vulnera inferebant, & illi, qui hęc ab his geri videbant, tantum animi accipiebant, vt in fortilitium irruerunt sine timore: Prospiciens, si illi diu possiderēt eam turrim vltra nobis allata ab eis indies damna, animis augerentur, vt nobis obessent, fortilitio exiui, quāq̄ sinistra manu parum vtilis ob illatū mihi ab eis primo die vulnus brachio parma alligata cū quibusdam Hyspanis, qui me subsecuti sunt, turri amplicui, & radicē illius diligēter circumdandā curaui, & illi, qui eam circūdabant, non quiescebāt, Immo vndiq̄ certamē cū hostibus cōmittebant, & vt fauerēt existentibus in turri multi accurrerunt. Nos Hyspani gradus cępim⁹ ascendere, & q̄uis ipsi ascensū maxime tuerētur, tātū tres, aut quatuor Hyspanos e gradibus eiecerunt, Saluatoris Nostri auxilio, & Beatissimę Matris suæ Mariæ, cui dicta turris dicata fuerat, & in ea illi9 imago apposita, ascēdim⁹, & in superiori parte turris tā acriter certauim⁹, q̄ eos coegim9 e turri ꝓsilire in quoddā deābulatoriū, quod circūdabat dictā turrim in latitudinē vni9 hominis status: Et erāt circa eam turrim tria, eidē similia distantia in-

Dissipant ab Indis ligneę illę a Cortesio tanto labore constructę Machinę.

Nota hastes eorū cuspides e silice habere quod est argumentū in illis partibus non esse ferrum.

Expugnatū excelsam illam turrim intrepide proficisci tur Cortesi⁹.

Deiiciunt se a turri Indi timore perculsi.

ter se per hominum status fere tres, aliqui vero eorum cecidere a summitate turris ad radicem ipsius, qui vltra ea, quæ casu patiebantur, ibi ab Hyspanis necabantur, illi vero, qui in prælibatis deambulatoriis constiterant, tam acriter nobiscũ decertarũt, vt tres consumpserimus horas, anteq̃ illos omnes neci daremus, ex quibus nullus superfuit, sed omnes trucidati fuere. Et fidem verbis meis adhibeat Sacra Maiestas Vestra, tam ardua res fuit hanc turrim expugnare, q̃ si Deus eisdem vires, & animum nõ abstulisset, viginti ex illis facillime mille Hyspanis ascensum prohibere potuissent (& si acriter ad necem vsq; decertauerint) turri illi, & reliquis omnibus, quæ in dicta Meschita continebantur ignem iniiciendum curaui, ex quibus iam imagines omnes, quas apposueramus, ademerant: Aliquid animi amisere expugnata hac turri, & adeo, q̃ pluribus in locis se maxime remisere, & eo instanti redii ad illud subdiale pauimentum, & accersiui eos duces, qui prius fuerant me allocuti, qui videbantur aliquantulum animo remissiori ob ea, quæ viderant, qui eodem instanti applicuere, & eos mihi iam obsistere non posse demonstraui, & q̃ nos singulo quoq; die eisdem plurimum damni inferebamus, & ex eis plurimi cadebant, & eorum celebrem Ciuitatem cõburebamus, destruebamusq;, nec cesseremus, donec aliquid ex ea, & illis aliquid superesset: Responderunt se optime cernere a nobis damnum ingens pati, & multos ex eis perire, tamen eos decreuisse nos omnino interficere, & dicebant Prospicerem vicos, plateas, & subdialia illa pauimenta viris maxime referta, quia, computasse asserebant, si ex eis viginti milia caderent, & ex nostris vnus, q̃ cito nos in nihilum deducerent, asserentes nos esse paucos numero, illos vero sine numero, & nobis significabant vias omnes stratas esse demolitas, quemadmodum re ipsa euenerat, quia omnes, præter vnam erant demolitæ, & nulla ex parte nobis patebat iter, nisi aqua, & optime scire debebant nos cõmeatu non habundare, & aqua, & nos diu obsistere non posse, quoniam fame perirem9, dato q̃ ipsi nos non interficerent, & vere vera proferebant, quia si aliã oppugnationẽ nõ habuissemus præter famem, ãnonę commeatuumq; caritatem satis erant, vt mori cogeremur, diu altercati fuimus, & quilibet causam suam tuebatur: Nocte vero secuta egressus sum quibusdam Hyspanis comitantibus, & eos incautos offendens vi vicum occupauimus, & in eo igne consumpsimus vltra trecentas domos, dum ad eum multitudo conflueret, per alium reuersus sum, & eo pacto

Deijciunt se Indi ex alta turri metu Hyspanorum

Turrim vnã qua cõsistebãt Indi cõburit Cortesius.

Colloquitur cũ indis Cortesius ut pacẽ ineat cũ illis.

Nota ex hoc colligi maximã hominum multitudinẽ Hyspanos oppugnasse.

Nota Hyspanos ãnonę caritate maxime laborare in sui fortilitio.

Domos plures comburit Cortesi⁹ 7 aliqua subdialia pauimenta.

combussimus plures domos illius vici, & præsertim quædam subdialia pauiméta proxima fortilicio nostro, ex quibus maxime nos offendebāt: Et ex gestis illius noctis aliquid timoris illis incussim9, & nocte eadem illas ligneas machinas reficiendas curaui, quas alio die nobis dissipauerāt, vt victoriæ incumberemus, quā Omnipotens condonabat, exiui ad eundem vicum, in quo hesterna die nobis machinas destruxerant, vbi non minus acriter, & viriliter obstiterunt, & tamen cum ageretur de vita, & honore, quia ea erat vnica integra strata via, ex illis, quæ ducebant in continétem, quamuis priusq̃ ad eam deuenire potuissemus, intercederent duo maximi, & profundi pontes, & vicus omnis multis, & excelsis parietibus, domib9, & turrib⁹ munitus, tantum vigoris, & animi nobis refulsit, & certauimus vt Deo auxillium, & opem ferente quatuor ea die ex pontibus occupauerimus, & ea omnia subdialia pauimenta, domus, & turres vsq; ad vltimam eorū cōbustę sunt, quamq̃ fecerant nocte antecedenti plures aggeres lateribus crudis, & creta fabricatos in dictis pontibus, ob ea, quæ successerant nocte antecedenti adeo, vt tormenta, & balistę sibi obesse non possent. quos quatuor pontes terra oppleuimus, & crudis illis lateribus, & plurimis lapidibus, & tignis cōbustarū domuum, tamen non potuit fieri tantum sine periculo, vt multi Hyspani non vulnerarentur, magnam adbibui diligentiam ea nocte in custodiédis illis pontibus, ne denuo nobis eos occuparent, : Alio die summo mane exiui, & Deus Omnipotens eundé bonum successum concessit, quoniam quamuis multitudo esset innumera, quæ alios pōtes tueret, fossęq;, & maximi aggeres, q̃s illi nocte ea erexerant, intercederent, nos eosdem cępimus, & impleuimus, & equestrium aliqui eos insecuti sūt uictoriæ inherentes in continenté vsq;. dū ego aptandos eos pontes, & replendos curarem, venerunt me vocatū summa celeritate asserétes Indos, qui oppugnauerant fortilitium, concordiam cupere, & pacem, & eos expectare quosdam eorum Dominos, & Duces: Ibi relictis omnibus commilitonibus, & quibusdam tormentis, omni equitu profectus sum visum, quid nam illi proceres cuperent, qui asseruere, si eis fidem pręstarem eos de perpetratis impunes dimittere, ipsi me ulterius non oppugnarent. denuoq; pontes, & demolitas stratas vias reficiendas curarent, & Maiestati vestræ, vt antea fecerant, inseruirent, & vt eo adducendum curaré quédam ex religiosis suis apud me captiuum, Quem illi veluti generalem suæ religionis venerantur, qui aduenit, & illos al-

Pontes quatuor occupat Cortesi⁹ vt in continenté euadere possit.

Reliquos pōtes occupat Cortesi⁹ 7 in continenté vsq; equitib⁹ pgreditur.

Colloquitur cū indis Cortesi⁹ de cōcordia ineunda.

locutus inter illos, & meo pactum sanctiuit, & illico visum est (vt ipse asserebat) nunciasse Ducibus multitudinis in stationibus collocatis, vt a dicti fortilicii oppugnatione abstinerẽt, & ab omni alia offensione, & eo pacto discessimus: Ingressus fortilitium prandere cęperam, maxima festinatione mihi allatum est, Indos denuo pontes occupasse, quos eo die ab eorum manibus acquisiueramus, & quosdam Hyspanos occidisse, quo nuncio quãtum mihi męroris accesserit Deus testis est, ratus enim fueram occupatis pontibus, cum mihi egressus ad Continẽtem pateret, maximum negotium non superesse, maiori, qua fieri potuit celeritate eo equitaui, atq; quo potui celerius cum aliquibus equitibus, qui me subsecuti fuerant, totum illud iter emensus sum, & nullo in loco morã trahens denuo in medios Indos irrui, & omnes põtes iã dictos occupaui, & eos usq; in continentem insecutus fui. & cum mei pedites essent ex labore lassati, vulneribus affecti, & timore perculsi, & pręsens periculum conspicerent, nullus eorum me subsecutus est, vnde factum est, cum uellem postea pedẽ referre, põtes iam ab Indis occupatos offendi, exemerantq; multum illius materiei, qua pręedictos pontes oppleueram, & vbiq; in Ciuitate multitudine omnia referta videbantur, tam terra, q̃ lacu in Canois, quę multitudo tam crebro in nos vndiq; tęla. & lapides immittebat, ꝙ si Omnipotens nos miraculose non seruasset ab eo periculo, euadere non erat possibile: Et iam publice fama vagabat͂ inter Hyspanos, qui in Ciuitate remanserãt, me iam vita functũ, & perueni ad vltimũ pontem Ciuitati proximum, comperi equites omnes, qui mecum profecti fuerãt. in eum dilapsos, & equũ vnum, cui nullus insidebat, quem transire non eualui, & coactus fui ipse vnus impetum in hostes facere, & eo modo tantum spatii relictum est equitibus, vt pontem superarent, Inueni pontem vacuũ, & transilii magno tamẽ periculo, quia locus ab vtraq; pontis parte ferme ad hominis statum equo transiliund9 erat, & dũ e ponte exirem, me, & equum lapidibus, & fustibus percusere, tamen quia armis optimis fulciebamur, vltra dolorem in ipso ictu passum nil mali vlterius intulere, quare victores remansere quatuor occupatis pontibus, & reliquis quatuor pontibus bona relicta custodia ad fortilitium profectus sum, & ligneum pontem construendum curaui, quem quadraginta homines portare commode poterant; Considerato magno periculo, in quo constituti eramus, & maximo damno nobis quotidie ab indis illato, & timens ne eam quoque stratam viam, quæ sola supererat demo-

Fingunt uelle pacem Indi a Cortesio ut eum incautum aggrediantur

Reuertit͂ ad occupatos pontes Cortesius.

Vagatur rumor apud hyspanos interfectum ab Indis Corteiũ.

ligneũ pontẽ construi cõmitit Cortesius in lacu apponendum.

lirentur, quēadmodū alias demoliti fuerant, qua demolita fame mori cogeremur, & etiā quia multoties a cōmilitonib9 meis monitus fuerā, vt a Ciuitate discederemus, quia eorū maior pars erat vulnerata, & adeo male, q̄ vlterius cū hostibus congredi nō possent, ea nocte me morē gesturum eis constitui, & accepto Maiestatis Vestræ auro, & emblematibus, quæ extrahi poterant, in aula illa quibusdā sarcinulis officialibus Maiestatis Vestræ consignaui, quos ego Regali Maiestatis Vestræ nomine cōstituerā, Iudicibusq̄, & regentibus, & aliis, qui aderant, rogauiq̄ eos, & monui, vt operam, & fauorē pręstarent ad illa extrahenda, & ad id exhibui eisdem vnam meā equam, cui imposuere eam portionē, quam ferre poterat, & Hyspanos quosdam tam meos, q̄ alienos familiares, vt dictā equam comitarentur constitui, reliquum vero dicti auri officiales, Iudices, regētes, & ego dedimus, & partiti fuimus inter Hyspanos, vt illud extraherent, & relicto fortilitio magnis diuitiis tam Vestrę Celsitudinis, q̄ Hyspanorū, & meis, exiuimus secretiori modo, quo potuimus, abduximusq̄ nobiscū vnū e filiis. & filias dicti Muteezuma, & Cacamacin Dominū in Aculuacan, & ipsius fratrē, quem Dominū ipsius loco constituerā, & aliarū Prouintiarū, & Ciuitatū dominos, quos captiuos detinebā, & cum peruenissē ad pontes per Indos occupatos in primo iecimus pontē, quē nobis cū portari feceram sine magno labore, nullus enim nobis resistebat, pręter vigiles quosdam, qui in eo ponte consederāt, per eos acclamatū extitit, & anteq̄ peruenire potuissē ad secundū pontē, inumera hostium multitudo cōuenerat, & vndiq̄ nobis obesse studebat aqua, & terra, ipse confestim transiui quinq̄ equitibus, & forte centū peditibus, quibus natando pontes omnes pręteriuimus eosq̄ usq̄ in cōtinentem occupauerā, & peditibus in fronte relictis ad secundū pontē redii ad eos, qui extremo in agmine cōsistebant, vbi comperi tam acriter decertari, vt exprimi non possit damnū, quod indi nostris inferebant tam Hyspanis, q̄ Indis ex Churultecal, qui nobiscū venerāt, quos pene omnes consumpserāt, & etiam interfecerāt plures mulieres, quæ Hyspanis seruiebāt, & Hyspanos, & equos, iāq̄ amiserāt omne aurū, emblemata, Vestes, aliaq̄ multa, quæ nos extrahebamus, ac tormenta omnia, collegi eos, qui viui supererant & eos ante ire iussi, ipse vero comitatus forte quinq̄ equitib9, & septuaginta peditibus, qui mecū permanere ausi sunt, post alios remansi, semper cum hostibus certando, donec peruenimus ad Ciuiatem quandā nomine Catacuba, quæ continetur vltra omnem

Cōstituit discedere a ciuitate Temixtitā Cortesius ne vna cū Hyspanis opprimat.

Partit aurū Cortesius inter Hyspanos a ciuitate auferendum.

Primū pontem transgredit Cortesi9.

Nota in pugna eximiā Cortesij strenuitatem.

Aurū tormentaq̄ & alia multa rapiuntur Cortesio ab Indis.

ſtratam viam, vbi Deus eſt teſtis quantũ laboris, & periculi ſubi erim, quia quotienſcũq; in hoſtes irruebam, egrediebar plenus ſagittis, & fuſtibus, & ſaxis undiq; percuſsus, quia ab vtroq; latere erat lacus, & nos exiſtentes in canois tuto vulnerabant, Illi vero, qui terram capiebant, quamprimũ ferebar in illos, ſe aquis cõmittebant, & eo modo parum damni patiebantur niſi aliqui, qui cum plurima eſset multitudo, vnus in alium ceſpitabãt, cadebãt, & interficiebãtur: Eo labore, & erumnis eos omnes conduxi vſq; ad dictam Ciuitatem, & non vulnerarunt niſi vnum equeſtrem, qui mecum proficiſcebatur a tergo, & non minori vehemẽtia pugnabatur. a fronte, & lateribus, ſed maior vis erat in extremo agmine. quia multitudo, quæ erat in Ciuitate ſemper recentior ſuccedebat, & cum veniſsem ad dictam Ciuitatem Catacuba, cum dies appareret, inueni milites noſtros in vna ex plateis illius in globum redactos, qui dicebant ſe ignorare quorſum tenderent, quibus iniunxi, vt feſtinarent exire Ciuitatem, antequam hoſtes augerentur, & ſubdialia pauimenta occuparent, quia ex illis plurimũ nobis obeſse poſsent; Illi, qui erãt in frõte collocati. dixerũt quorſum irent neſcire, eos a tergo collocaui. & ipse a fronte cõſtiti donec exiremus Ciuitatem eos ibi quibuſdam in cultis campis expectaui, & cum eo peruenere qui a tergo remanſerant, ſciui ipſos maximum damnũ accępiſse, interfecerantq; aliquos ex Hyſpanis, & Indis, multumq; auri in itinere remanſerat, quod hoſtes colligebant, & ibi certaui cum indis, donec mei prępirent, eos ſuſtinui, donec noſtri collem occuparent, in quo erat turris, & hoſpitium ſatis munitum, quod occuparunt ſine noſtro damno, quia inde non diſceſsi, nec hoſtes progredi paſsus ſum, donec illi collẽ aſcendiſsent, Vbi Deus eſt teſtis, quem laborem ſuſtinuerimus quia iam ex equis: qui numero viginti quatuor ſupererant nullus poterat currere. nec eques, qui brachia poſset extollere, nec aliquis ex peditibus non infirmus, qui poſset ſe vlterius mouere, & ingreſsi illud hoſpitium, nos in eo muniuimus, ibiq; obſidebamur vſq; in noctem, & adeo ꝙ nec per horam quieſcere poteramꝰ & ex hac perturbatione inuentum eſt perſcrutatione facta, qui obierant. ex Hyſpanis periiſse homines centum & quinquaginta & equas, equosq; quadraginta ſex, & plꝰ ꝙ̃ duo milia Indorum. & mulierum Indarum. quæ Hyſpanis inſeruiebant. inter quos interfecere filiũ. & filias Domini Muteezuma. & reliquos. quos nobiſcum captiuos ducebamus. media nocte cogitantes nos a nemine audiri a dicto hoſpitio diſceſsimus tacite in eo ignes plu

Nota pericula innumera quę ſtrenue Corteſius in ſuorũ defenſionem ſubijcrit.

Peruenit in ſequentibus Indis Corteſius ad ciuitatem Tacuba.

Hoſpitantur caſu in turri prima nocte Hyſpani cum exiuerũt ciuitatem Temixtitan.

Refert ea die obijſſe Centũ quinquaginta Hyſpanos. Quadraginta ſex equos & vltra duo millia Indorum.

Incola e Tascaltecal pollicetur se Cortesium & Hyspanos e Prouintia Culua educturū.

res relinquentes, & null9 inter nos fuerat, qui sciret vbi essemus, aut quorsū tendere deberemus, nisi vnus ex Regione Tascaltecal, qui asserebat se nos ducturū in suam regionē, ni iter nobis impediretur: Apud iam dictū hospitiū multi locati erant vigiles, qui vbi nos audierunt, clamauere ad colonias circūuicinas, & ab illis vocata magna indorū multitudo, & nos vsq; ad diem insecuta est, & equites quinq;, qui precursorum loco anteibant, irruerunt in quoddam agmen Indorū, quod erat in itinere sibi obuium factū, & aliquos ex eo interfecere, qui non seruatis ordinibus dispergebantur arbitrabantur enim plures equites, & pedites subsequi. & quia vndiq; augebantur hostes, ex omnib9 militib9 qui inter nos erāt, magis sanos elegi. & in agmina constitui. collocauiq; eos a frōte, a tergo, & vtroq; latere, vulneratos vero in medio stare iussi, & equites partitus sum, & eo ordine tota ea die progressi fuim9 vndique certādo, adeo q ea nocte, & tota die nō emēsi fuim9 plus spatii triū leucarū, & deo sic cōcedēte vidim9 nocte iā accedēte turrī quādā, & optimū hospitiū, vbi nos muniuim9, & ea nocte ab oppugnatiōe destitere, quāuis fere in aurora habuerim9 aliquē tumultū, quāuis nescirem9 qd plus nobis esset metuēdū, q̄ timebam9 ex multitudine, quæ nos insequebat. Sequenti die prima hora diei ordine iā dicto discessi deducēs milites a tergo, & in frōte collocatos paratos. ab vtroq; tn̄ latere hostes nos insequebātur vociferātes, & clamātes per vniuersam illā Prouintiā, quæ est maxie habitata, equesttes q̄uis essem9 pauci numero in eos irruebam9. parū tamen dāni illis inferebamus, quia cū collis ille esset asper sese in collē recipiebant, & sic iuimus eo die ad lat9 quorundā lacuum, donec perueniremus ad quandam coloniā, vbi aliquam cōtrouersiam habere putabamus, cum Incolis illi9, & q̄primū ad eam peruenimus, illi relictis domibus ad alias Colonias profecti sunt circūuicinas. & ibi eo die, & sequenti moram traximus, quia tam sani, q̄ infirmi erant lassati, & labore, fame, & siti maxime confecti, & equi non poterant se substinere. & ibi inuenimus aliquod Maiz, ex quo comedimus, & portauim9 nobiscum in itinere elixū. & torrefactum, & postero die discessi, & semper hostibus nos insequentibus. qui nos a tergo. & fronte cōtinuo inuadebant vociferanrantes, & secuti fuimus illud iter, per quod Incola e Tascaltecal nos deducebat, in quo fuimus varios labores. & erumnas passi. quia multoties cogebamur exire. & deuiare a recto itinere, & cum iam aduesperasceret, deuenimus ad planitiem quandam, in qua aliquę paruę erant habitationes

Nota Hyspanorū crūnas vt se ab Indis tuerentur.

Progreditur Cortesi9 vndiq; oppugnantibus hostib9.

Quiescunt aliquantulū Hyspani & Indorū cessat oppugnatio.

Hostes Cortesiū & Hyspanos denuo aggrediuntur.

& ea nocte ibi fuim⁹ hospitati sũma egestate. & penuria cibariorũ, & cõmeatũ, & alio die sũmo mane cępimus nos ad iter dirigere, & adhuc iter ingressi non fueramus, cũ hostes a tergo nos insequi cępere, & leuia prælia cũ his cõmittendo deuenimus ad magnã Coloniam, & ad dextrum latus illius insidebant aliqui Indi paruo collis vertice, nos arbitrantes eos capere posse, erant enim proximi itineri, & etiã vt exploratũ haberemus, an essent plures, quam apparebant, illuc quinq; equitibus, & peditibus duodecim comitatus profectus sum ambiendo collẽ iam dictũ, post quẽ erat maxima hominũ multitudo in insidiis collocata, quibuscũ tantũ certauimus, quod cũ locus, in quo constiterãt esset aliqantuum asper, & saxosus, & gens illa innumera, & nos pauci, necesse fuit nos retrocedere ad Coloniã, vbi nostri existebant, & inde discessi male vulneratus geminis lapidũ ictibus, & post ligata vulnera: Hyspanos e Colonia migrare iussi, quia hospitiũ nobis non videbatur esse tutũ, & sic procedendo insequẽtibus Indis processimus ad aliã Coloniã, quæ ab antedicta per duas leucas distat, & ibi in itinere nos aggressi sunt alii Indi sine numero, qui nobiscum adeo certarũt, ut quatuor aut quinq; Hyspanos, & totidẽ equos vulnerarent, & equum vnũ interficerent, & quamuis ei⁹ defect⁹ maximo nobis esset incõmodo. & eius mortem ęgre tulissemus, quia post Deũ nullã tutelã hebebamus, nisi equos, nos maxime refecit, & eius carnes, & coriũ comedimus, vt ex eo nil superesset, tanta enim opprimebamur fame, quia post nostrũ a magna Ciuitate discessũ, nil pręter elixũ, & torrefactũ Mayz comederamus. & eo nõ semper vtebamur ad saturitatem, herbasq;, quas colligebamus ex campis, & cõsiderato, quod indies hostium copiæ augebãtur, nosq; indies minuebamur, ea nocte curaui vulneratos, & infirmos, quos ducebamus, equis insidere iussi, aliis vero aduncos scipiones brachiis submittẽdos, & alia auxilii genera ad iter faciundũ fabricanda curaui, quo Hyspani nulla aduersa valitudine, aut vulneribus affecti essent liberi ad pugnã, & arbitror a Deo mihi infusam hanc prouidentiã, vt sequenti die euenit, quia cũ eo mane a dicto hospitio discessissẽ nos magna & innumera Indorũ multitudo aggressa est, & tãta a tergo, a frõte, & ab vtroq; latere quod nil ex campis, qui mihi in conspectu erãt, vacũ videretur, qui nobiscũ tam acriter vndiq; certamen iniuere, vt nos ad inuicem noscere nõ possemus, tam iuncti. & mixti proficiscebamur, & profecto credidimus illã supremũ esse diem vitæ omniũ considerata hostium multitudine. & lenitate, quam ad eis obsistendum in no

Nota Hyspanorum cõmeatuum penuriã in laborc assiduo diei & noctis.

Vulneratur ab Indis Cortesius.

Equum comedunt Hyspani cum nil aliud haberent.

Nota Cortesii ingeniũ ad varia excogitãdũ vt furorem Indorũ fuga euitaret.

Non posse resistere Indis suspicantur Hyspani.

Nota Indorū innumeram multitudinē Hyspanos oppugnantem.

Hyspani lęto animo pspectant prouintiam e Tascaltecal.

Ingrediūtur Hyspani prouintiam Tascaltecal sibi amicam.

Dn̄i e Tascaltecal Cortesiū salutatum veniunt & opē se laturos pollicētur.

bis inuenere, cū omnes pene vulnerati essemus, atq̄ exanimati, tamen omnipotens magnam suam misericordia nobiscum demōstrare dignatus est, quia nostra lassitudine illorū ferociam confregimus, & superbiā, & ex illis plurimi pariere, primates, quia tanta eorū erat copia, vt Certando, & audiendo impedirētur. & hoc labore profecti fuimus magna portione diei, donec Omnipotens concesserit eum, qui inter hostes primus esse debebat interfici, eo enim adépto omnis cessauit oppugnatio, & eo modo aliquantulū fuimus quietiores, q̄uis semper mordendo nos insecuti fuerint, vsq̄ ad quandum paruā domū, quæ erat in planitie, vbi ea nocte hospitati fuimus sub dio, unde prospectabamus quosdā montes ex prouintia illorū e Tascaltecal, qua ex re non parū voluptatis accæpim9, quia cognoscebamus Prouintiā, & sciebamus quorsum tēdere deberem9, q̄uis pro cōperto nō haberem9 Incolas illius prouintiæ fidos nobis amicos, credebamus enim, q̄ cū nos adeo debiles cernerent, illi esse deberent. qui vitæ nostræ finē imponerent, vt pristina potirentur libertate, quæ suspitio tantum nobis afflictionis attulit, quantū sustinebamus, quādo cum hostibns certauimus: Die sequēti, cū illucesceret, cæpimus ingredi per iter planū, quo recto tramite proficiscebatur ad Prouintiā Tascaltecal, per quod pauci ex hostibus nos subsecuti sunt, q̄uis ibi vicinæ essēt plurimę, & maximæ Coloniæ, tamen ex eis paruis colliculis quidā tam a tergo. q̄ longe vociferabāt, & sic exiuimus eo die, qui fuit Dominica. VIII. Iulii. Anno. M.D.XX. ex omni puintia Culua, & peruenim9 ad loca dictæ Prouintiæ Tascaltecal ad Coloniam Gualipan, quæ ascendit ad quatuor milia domorū, in qua ab Incolis fuimus optime recepti, & refecimus nos aliquātulū a fame, & lassitudine, quam patiebamur, quamq̄ multa ex esculentis, quæ nobis porrigebant, ea duce pecunia concedebant, aliqui etaim volebāt nisi aurum, & illud dare cogebamur necessitate impulsi, qua præmebamur, Hic fuimus tribus diebus, quo me visum venere Magiscacin, secutēgal, & omnes Domini illarū Prouintiarū, & me solari conati sūt circa ea, quæ nobis euenerant asserētes, eos sępi9 significasse mihi eos e culua proditores esse, mihiq̄ ab illis cauere deberē, tamen nunq̄ fidem adhibere volueram, sed postq̄ vita euaseram, deberem lętari, quia mihi opem laturi erāt, dum eis vita superesset, vt reficerent me a dāno, quod illi e Culua mihi intulerant, quia vltra vinculum, q̄ erant Celsitudinis Vestræ subditi, indolebant. & tristabantur morte plurimorum fratrum, & liberorum suorū. qui ab eis in mea societate fue-

rant interempti, variisq; aliis iniuriis transactis tẽporibus ab illis eis illatis, & vere animo conciperẽ eos futuros fidos mihi, & vere amicos, & quia ego, & reliqui omnes socii mei eramus vulnerati, proficisceremur ad Ciuitatẽ, quæ aberat ab ea Colonia per leucas quatuor, ibiq; quiesceremus, curarentq; nobis medicamina adhiberi, vt reficeremur a nostris laboribꝰ, & lassitudine, eis gratias egi, & rogationi eorũ acquieui. & eis impartitus fui emblemata aliqua ex illis, quæ attuleramꝰ, quãuis pauca, quibus maxime lętati sunt. & profectus sum cũ eis ad Ciuitatẽ, & sortiti fuimꝰ bonũ hospitiũ, & Magiscacin afferri curauit lectisterniũ ex lignis cõpactũ cũ aliquibꝰ ornamẽtis, quibꝰ illi viũtur, in quo dormiui, quia nullũ nobiscũ attuleramus, & omnia, quæ habebat, & potuit ad nostri refectionẽ impartitus est, In hac Ciuitate quidã familiares mei, & alii ex societate mea cũ transibã iter faciens ad Ciuitatẽ Temixtitan, quędã dimisere, quæ fuerunt argentũ, vestes, & alia ornamẽta domestica, & cõmestibilia aliqua, quæ mecũ adducere faciebã, quo expeditiores essemus in itinere, si aliqua nobis euenirent, vt nullo pręmerentur pondere, nisi vestiũ suarũ, & armorũ, & eo loci percæpi aliũ familiarẽ meum a Ciuitate veræ Crucis profectũ cõmeatũ, & alia plura ad me perferentẽ, & cum eo fuisse quinq; equites & pedites quadraginta quinq; aduersa valitudine oppressos, qui similiter adduxerãt quędã, quæ ibi remanserant, & iam conualuerant, & omne argentũ, & alia tam mea, q̃ sociorũ meorũ, septies mille pondera auri fusi, Continet autẽ auri pondus valorẽ circiter duorũ florenorũ, quæ ibi reliquerã duabꝰ capsis, et alia emblemata, & vltra alia quatuordecim milia Castellanorũ aurea in frustra, quæ habuerat in prouintia Teuchitibeque ille pręfectus, quẽ mittebam ad Coloniã erigendam in Quacucalco, & ea ibidem dimiserat, & alia multa ad valorem vltra triginta milia pondera auri, & dicti Indi e Culua illum, cũ dictis Hyspanis interfecerant in itinere, & eis abstulerant omnia, quæ adducebant, & aliquas scripturas, quas congesserã cum istarã ꝑuintiarũ Incolis, & similiter percępi illos interfecisse Hyspanos plures in itinere, qui iter faciebant ad Ciuitatẽ Temixtitan. arbitrantes me ibi pacifice degere, & itinera esse tuta. vt prius habere solebam, qua re (vera affero Maiestati Vestræ) tantũ omnes tristabamur, & dolebamus, vt plus dolere, & tristari non possemus, quia pręter Hyspanorũ amissionem, & ea, quæ fuere deperdita, quæ multa fuere, fuit memoria suggerere mortem Hyspanorum, quos interfecerant in magna Ciuitate, & pontibus, & quæ

Dñi e Tascaltecal narrant Cortesio velle vindictã sumere de incolis e Culua.

Proficiscitur Cortesiꝰ ad ciuitatem Tascaltecal ab incolis benigne exceptus.

Cognoscit ab indis e Culua fuisse dolo interẽptos quinquaginta alios Hyspanos.

Cortesiꝰ narrat aurũ & bona q̃ interfectis Hyspanis ablata sunt.

Suspicatur Cortesius hyspanos ciuitati vere crucis presidio relictos ab Indis interfectos.

postea in itinere successerant, & maxime quia suspitionē mihi iniecerant, ꝙ eos quoqꝫ aggressi fuissent, qui remanserāt in Ciuitate veræ Crucis, & illi, qui amici nostri erāt audita nostri profligatione deficissent, & illico expediui quosdam nuncios cū quibusdā Indis, qui eos conducerēt, quibus iniunxi vt per cōmunia itinera non proficiscerentur vsqꝫ ad dictā Ciuitatem, & breui mihi indicarent, quę ibi agebantur, & Altissimo placuit, ꝙ Hyspani incolumes inuenti sunt, & omnes Incolas, quos amicitia iunctos habebamus pacificos, & quietos esse, quod nuncium attulit maximū leuamē nostrę amissioni, & tristitiæ, ipsi quoqꝫ nostrum successū, & profligationem moleste tulere: Fui in ista prouintia Tascaltecal viginti diebus meis vulneribus medicamina adhiberi curando, illa enim propter itineris diuturnitatem, & non adhibita medicamina inoleuerant, & pręsertim vulnera capiti illata, & similiter vulnerib⁹ sociorū meorū, quorū aliqui mortui sunt, partim vulneribus, partim nimiis perpessis laboribus, & aliqui remansere manci, & claudi ob illata magna vulnera, & ad medelam comperiebantur pauca medicamina, & apparatus, ipse autē remansi mācus duobus digitis in sinistra manu.

Petunt Hyspani a Cortesio: vt arma deponat: et ad ciuitatem verę Crucis reuertatur.

Nota ratiōes quę inducunt Cortesium ad bellū prosequendum contra Indos.

¶ Cum socii mei viderent multos iam periisse, & eos, qui superarant debiles, vulneribusqꝫ confossos, timidiores effecti periculis, & laboribus, in quibus constituti fuerant ventura timentes multoties a me petiere, vt ad Ciuitatē veræ Crucis proficiscerer, & ibi nos munitos redderemus, anteqꝫ Incolæ prouintiarū amici nostri cernentes nostrā profligationē, & exiguas vires, fœdus inirent cū hostibus nostris, & occuparēt fauces. & transitus per quos ire debebamus, & nos aggrederentur ab vno latere, & illi e Ciuitate veræ Crucis ab alio, & cū essemus cōiuncti, & ibi essent naues, essemus tutiores, & melius nos defendere possem9, si nos aggredi vellent, donec ad insulas ad euocandū subsidiū mitterem⁹ & videns, ꝙ si Incolis, & potissimū amicis timorem ostenderem posset esse causa. ꝙ citius nos desererent, & contra nos insurgerēt & memoria tenēs, ꝙ semper audentes fortuna iuuat, & nos esse Christicolas, & fretus Diuina bonitate, & misericordia, ꝙ ex toto nō periremus. & amitterētur tot, & tam nobiles Prouintiæ, quas Maięstati Vestræ tam pacifice possidebam, & in eo statu. vt eas pacaremus, nec tale seruitium desereretur, quod fiebat. bellum cōtinuādo, Cuius belli gratia sequi debebat omnium illarū Prouintiarū pacatio, vt prius fuerat. propterea montes vers⁹ mare nul-

lo pacto transire cōstitui, omnib9 laborib9, qui nobis euenire possēt, postpositis, dixiq; me a bello hoc nō destiturū, quia in eo vltra ignominiā. & dedecus personæ meę, & sociis meis impingēdū, erat res Maiestati Vestræ admodū periculosa, & Cōtra eandē cōspirare videbamur, Immo decreueram, quibuscunq; modis mihi possibilibus in hostes reuerti, eisq; in quantū possē obesse, & sic consumptis in hac Prouintia uiginti dieb9 nondum pristinæ penit9 a vulneribus restitutus sanitati sociis debilibus eam exiui prouintiā ad aliā, quæ Tepeaca appellatur, quę iuncta erat federe, & factione cum Incolis e Culua hostiū nostrorum, in qua percęperam eos decē Hyspanos interfecisse, qui veniebāt a Ciuitate veræ crucis ad magnam Ciuitatē Temixtitan, per eam enim rectum est ad illā iter, quæ prouintia Tepeaca est cōtermina, & confinia habet cū illis e Tascaltecal, quæ est amplissima prouintia, & in ingressu ad dictam prouintiā Tepeaca obuiæ nobis ad certandum plurimæ gentes factæ sunt, ingressūq; prohibuerunt, quantū illis fuit possibile, insistendo locis difficilibus. & munitis, & ne insistam recensendo sigillatim omnia, quæ nobis euenere in illo bello. maxima enim vterer prolixitate, & volumen multū augerem: Facta monitione. q; venirent ad obediendū mandatis, quæ nomine Maiestatis Vestræ sibi iniungebantur circa pacem, eaq; adimplere nollent, bella gessimus cum eisdem, & multoties pręlia nobiscū cōmisere, auxilio tamē Diuino, & Regali Maiesta tis Vestræ fato damna eisdē sēper intulimus, multosq; neci dedi mus, & omni eo bello Hyspanū nullū vulnerarūt, aut interfecere Et quanq; ista Prouintia est latissima viginti tamen dierū spatio multas Ciuitates, & Colonias eiusdem mihi subegeram pacifice, & quiete, & Domini, & primates earum venerunt oblatum se in Vasallos Maiestati Vestrę, & ab illis omnibus multos e Culua expuli. qui venerāt ad eā prouintiā, vt Incolarū eisdem animos ad bellū gerendū inflammarēt, obstandūq;, q; nec vi, nec sponte nostra cōiungerētur amicitia. Adeo q; hactenus semper impedit9 fui in hoc bello, quod adhuc nō est cōfectū quia adhuc quædam villę, & Coloniæ pacādę supersūt. quas spero breui Diuino aspirante fauore Regali Maiestatis Vestræ Dominio subiicere: In q̄dam istius Prouintię portione, vbi interfecere illos decem Hyspanos quosdā ex Incolis seruituti ascripsi, ex quibus quinta portio Maiestatis Vestræ officialibus consignata fuit. quia Incolæ in ea semper fuerunt Martiales, & multum rebelles, & armorū vi capti fuere, & vltra illud facinus commissum interficiendi

Nota ratiōes quę inducunt Cortesiū ad bellū gerendū

Cortesi9 exit prouintiā tascaltecal vers9 hostes e culua

Subiicit Sa. Cath. Ma. Cortesi9 prouintiā tepeaca

Quandā prouintię portionem seruituti ascribit Cortesius.

Nota incolas Prouintię Tepeaca carnib⁹ humanis vesci.

Hyspanos, & deficiēdi a Maiestate Vestra, omnes carnib⁹ humanis vescuntur, & quia hoc publice, & notorie patet, aliquid in signū veritatis Maiestati Vestræ non transmitto, & etiā mouit me, vt illos seruituti ascriberē, quo timorē aliquē Incolis e Culua iniicerē, sunt enim ea in prouintia multi his non dissimiles, & si forte seuere in eos non animaduerteretur, nunq̄ a malo discederent, In hoc bello nobis opitulati sunt Incolæ e Tascaltecal, Churultecal, & Guasucingo, qui nobiscū amicitiā cōfirmarunt, & credim⁹ ꝙ semper inseruient tanq̄ fideles Maiestatis Vestræ Vasalli, Cū degeremus in hac Prouintia Tepeaca hoc implicitì bello, mihi litteræ a Ciuitate Veræ Crucis redditę sunt, quibus me certiorem reddebant duas Francisci de Garay ad portū Veræ Crucis naues applicuisse profligatas, & vt apparet iam dictus Franciscus de Garay denuo miserat ad illud flumē, de quo iam superius mentionē feci Maiestati Vestræ, & Incolæ illius prouintiæ cum eis certauerāt, & ex illis sexdecim, aut septēdecim interfecerāt. & plures vulnerauerant, et septē equos interfecerant, & illi, qui euaserant natando naues ingressi fuerāt, & salutē fuga sibi cōparauerāt, & prefectus, & illi erant maxime oppressi, & vulneribus affecti, & locūtenens, quem ibi præfecerā, eos benigne excęperat, & medicamina eisdem adhiberi curauerat, & ut melius conualescerēt, miserat aliquā partē Hyspanorū prędictorū ad quendā Dominum illius Prouintiæ vicinū dictę Ciuitati, & nobis amicum, vbi optime eis prouidebat, quod nobis nō minus molestū fuit audire, q̄ nostri perpessi labores, & forte ea sibi nō euenissēt, si alias ad me profectus esset, vt superius retuli Maiestati Vestræ, quia cū cognoscerē omnia, quæ sunt in istis Prouintiis, potuissent a me reddi certiores, & ea, quę sibi euenere, nō successissēt. Illi⁹ enim fluuii Domin⁹, & Prouintiæ, qui vocabatur Panuco sese Maiestati Vestræ subdiderat, & in signū obedientiæ nuncios suos cū munerib⁹ quibusdā transmiserat ad Ciuitatem Temixtitā, vt dixi superius Cel. Vestræ, scripsi, ꝙ si ille prefectus dicti Francisci de Garay vellet abire illis modis omnibus faueret, & opem ferret, vt illi cum suis nauib⁹ possent se expedire.

Nota ꝙ moleste tulerit Cortesi⁹ profligationē prefecti Francisci de Garay:

Nunciat̄ Cortesio prefectū Francisci de Garay ad portū applicuisse.

Consiliū init Cortesi⁹ cum Hyspanis.

¶ Postq̄ quietā redditerā portionē isti⁹ ꝓuintię, quę adhuc quieta est, & subiacet Regali Seruitio. Celsitudinis Vestræ sui officiales, & ipse multoties cōsuluim⁹, quis nam ordo pro istius prouintię conseruatione esset adhibendus. & cum prospicerem Incolas dictæ ꝓuintię, postq̄ illi sese Celsitudini Vestræ subdiderāt, ab eadē defecisse, & dictos Hyspanos neci dedisse. & ēt quia

per eam Prouintiã est iter, & transitus omnium commertiorum a portubus maritimis ad reliquas ꝓuintias in cõtinenti illo sitas, & si dicta prouintia sola remaneret, sicuti prius, Incolæ prouintię & Dominiũ e Culua, quod est illis cõterminũ denuo eos inducerent, & persuaderent, vt iterum in nos insurgerent, & a Maiestate Vestra deficerent, vnde impedimẽtũ, & damnũ incredibile insurgeret pro tutela harũ prouintiarũ, & seruitio Celsitudinis Vestræ & cessarent commertia, maxime, quia in toto eo littore nõ habẽtur nisi duo portus, & hii multũ asperi, & difficiles, qui sunt ꝓximi illi prouintiæ, & facile incolæ ipsius ad eos descendere possũt, & propter ea, & alias multas rationes ad rem facientes nobis visum est ad supradicta euitanda, ꝙ loco magis apto illius prouintiæ Tepeaca Ciuitas ędificari deberet, vbi concurrerent qualitates, & necessaria pro illius habitatoribus. & vt executioni mandaremus Ciuitatem finium securitatẽ appellauimus, & constitui Iudices, regentes, aliosq; officiales sicuti fieri solitum est, & pro maiori munimine incolarũ huius Ciuitatis in eum locum, vbi cæpta est ædificari Ciuitas, necessaria ad arcẽ cõstruendã apportari curaui, hac enim in prouintia optima inueniũtur. & in hoc maiori quam potero vtar diligentia.

Describit sitũ ciuitatis securitatis finium a Cortesio cõstructam.

Constituit officiales Cortesius in ciuitate securitate finium.

¶ Dum hanc relationem scriptis mãdarem ad me nuncii Domini cuiusdã Ciuitatis profecti sũt, quæ abesse dicitur per leucas quindecim ab hac prouintia q̃ vocat̃ Guacachula, & est in fauce vni9 montis. qua transitur ad prouintiã nominatã Mesico, & mihi eorũ nomine exposuere, ꝙ a paucis diebus venerant ad exhibendã obediẽtiã Sacræ Maiestati Vest. debitã, & se in subditos & Vasallos subdiderant, & eos non arguerem ratus eius consensu fore, quia me certiorem faciebant plures militum pręfectos e Culua ea in Ciuitate hospitari, & in ea, & per leucã in circuitu erãt in armis viginti & quinq;, aut triginta milia hominũ custodientes fauces, & transitum, ne illac transire possemus. & etiam, vt prohiberent Incolas dictæ Ciuitatis, & aliarũ Prouintiarũ eidẽ adherentiũ ne Celsitudini Vestrę inseruirent, nec mecũ amicitia coniungerentur. & aliqui iam aduenissent ad Regale Maiestatis Vestræ seruitium, nisi illi obstitissent, & me monebant, vt huic rei remedium afferrem, quia vltra impedimentum præstitum illis, qui bono erant animo, dictę Ciuitatis Incolæ, & circumuicini omnes maximam iacturam patiebantur, cum innumera esset multitudo bello apta, & plurimum grauabantur, & ab eis male ha-

Incolę alterius prouintię se Cath. M^a. subdunt.

Indorũ verba ad Cortesiũ ꝓlata.

bebantur, & eorũ bona, & vxores accipiebãt, & alia, viderẽ quid eis faciundũ cõmitterẽ, Subiunxere si eis fauorẽ prȩstarẽ, ea ipsi exequerentur, & postꝗ̃ eis gratias egi de sua monitione, & oblatione, eis cõsignaui equites tredecim, pedites ducentos, & triginta milia indorũ nobis amicorũ, & cõposuerunt se eos ducturos per locũ, vbi ad hostium aures peuenire non posset, & vbi peruenissent prope Ciuitatẽ Dominus, & illius Incolæ Vasalli, & fȩdere secum iuncti essent accincti, & circundarent hospitia, vbi præfati prȩfecti hospitabantur, illosq; aut caperent, aut interficerent, anteꝗ̃ sui ipsis opem ferre possẽt, & cum multitudo cõpareret, illi Hyspani iam ingressi essẽt Ciuitatẽ, & certarent cum illis, & eo pacto eos debellarem9, Illi discedentes transiuerunt per Ciuitatem Churultecal, & per aliquam partem prouintiæ Guasucingo, quæ est contermina prouintiæ huius Ciuitatis Guacachula, per quatuor leucas ab illa, & in quadam Colonia dictæ Prouintiæ Guasucingo fertur relatum fuisse Hyspanis, ꝙ Incolæ dictæ prouintiæ erant fædere iuncti illis e Guacachula, & illis e Culua & eo pretextu ducebãt Hyspanos ad eam Ciuitatẽ, vt simul oẽs Hyspanos aggrederent̃, & eos neci traderent, & cum iam timor insurgeret, quẽ illi e Culua in sua prouintia, & Ciuitate nobis incussere. ista relatio multũ timoris attulit Hyspanis, & inuestigarũt suamq; habuerũt quȩstionem, & postꝗ̃ resciuere captiuarunt omnes Dominos ex Guasucingo, qui secum ꝓficiscebant̃ vna cũ nuntiis Ciuitatis Guacachula, & eis captis reuersi sũt ad Ciuitatẽ Churultecal, quæ aberat quatuor leucarũ spatio ab eo loco, & inde ad me miserunt omnes captiuos cum quibusdã equitibus, & peditib9 vna cũ habita informatione. & scribebãt prȩfecti, ꝙ nostri milites adeo erãt effecti timidi, videbat̃q; eisdẽ bellũ illud periculosũ, et postꝗ̃ aduenere quotidianis interpretib9 adhibitis eos sũ allocut9, & habita diligentia exacta ad veritatẽ eruendã, visũ est Hyspanos nõ bene percæpisse, eosq; illico solui mandaui, & illis blandit9 sũ affirmando me penit9 credere eos fideles Maiestatis Vestræ vasallos, & ipse volebã ꝓficisci ad debellandos illos e Culua, & ne pusillaminitatẽ, aut timorẽ prȩmeferrẽ Incolis Prouintiarũ tã amicis, ꝗ̃ hostib9, visũ est, ꝙ postꝗ̃ bellũ eis inferre cȩperã. ab eo nõ desisterẽ, & vt timorẽ, quẽ Hyspanis incessũ cernebã, eximerẽ, cõstitui dimittere negotia, & expeditiones, quibus operã dabã pro Maiestate Vestra, & illico celerius, quam potui, discessi, & eo die perrexi ad Ciuitatem Churultecal, quæ abest per leucas octo ab ea Ciuitate, ibiq; Hyspanos conueni ad huc asserentes se proditionẽ pro comperto habere, eodẽ die hospitat9

Destinat Cortesius pedites ducentos & equites tredecim ad interficiẽdos hostes e Culua.

Timore perculsi Hyspani capiunt Dñs e Guasacingo & e Guacachula

Mittũt Hyspani captiuos ad Cortesiũ quos ille dimittit.

Cõstituit personaliter Cortesi9 proficisci contra hostes e Culua.

ſum in Colonia ſubiecta prouintiæ Guaſacingo, vbi Domini illi fuerant captiuati, & ſequẽti die compoſito ordine cum nuntiis e Guacachula, qua, & quomodo dictam Ciuitatem ingredi debebamus, diſceſsi ab illa per horam ante lucem, & pene hora decima diei peruenimus prope eam, ad quam proficiſcebamur, & per leucam obuii mihi facti ſunt, vt me exciperent, nuntii quidam Domini dictæ Ciuitatis, & nuntiarunt omnem Ciuitatem iam negotio eſse Accinctam, & hoſtes aduentum meũ non percæpiſse, quoniam exploratores quoſdam, quos in itinere collocauerã ex incolis Ciuitatis, captiuos fecerant, & pariformiter alios, quos prefecti e Culua turres aſcendere iuſserant, & mænia, vt inde pe planitiem inſpectarent, & ea propter omnis hoſtium multitudo imparata, & ocioſa exiſtebat excubiis collocatis confidens, me ſine earum ſcitu appropinquare non poſse, & etiam feſtinaui, vt eo peruenirem, antequam aduentare nos perciperent, iter enim in planitie faciebamus, & a Ciuitate nos facillime videre poterant, & vt apparuit fuimus ab Incolis Ciuitatis viſi, qui cernentes prope Ciuitatem nos eſse, illico hoſpitia, in quibus erant prefecti hoſtium e Culua circumdedere, & cæpere certare cum reliquis, qui hoſpitabantur per Ciuitatem, & cum ad iactũ baliſte ab ea abeſsem, mihi obuiam ducebant quadraginta captiuos, ſẽper tamen Ciuitatem ingredi feſtinaui, inerant Ciuitati maximæ vociferationes preliantium cum hoſtibus per vicos omnes, duce Incola Ciuitatis deueni ad hoſpitium, in quo morabantur prefecti, quod erat circumdatum a tribus milibus hominum certãtium, & ingredi volentium, qui occupabant omnia loca alta, & ſubdialia pauimenta, præfecti vero, & hii, qui ſecum comperti ſunt, accriter, & viriliter decertabant, vt ingredi non poſsent, quãmuis pauci eſsẽt numero, quia vltra id ꝙ maxime, & ſtrenue pugnabãt eorum hoſpitiũ erat munitum, tamen ꝙ̃ primum illuc peruenimus, intrauimus, & ſecuta nos eſt tanta Incolarum dictæ Ciuitatis multitudo, vt nullo modo poſsemus opẽ ferre aliquibus e Culua, quo minus ab eis non interficerentur, ex eis enim aliquem viuum capere volebam, vt fierem certior de ſtatu magnæ Ciuitatis, & qui illius Dominio potiretur poſt obitũ Domini Muteczuma, & alia plura ſcire deſiderabã, & non eualui aliquẽ habere preter vnũ ſemimortuũ, a quo fact⁹ fui certior, ut infra exponã. In Ciuitate autẽ plures ex eis, qui in illa hoſpitabantur, interẽpti ſunt, ſuperſtites vero cũ ingreſs⁹ ſũ Ciuitatẽ, audito meo aduẽtu fugierũt eorſũ, vbi cõſederant pſidia, illorũ e Culua. & eos inſecuti mul

Appropinqt ciuitati Guacachula cũ hyſpanis corteſi⁹.

Incole ciuitatis viſo Corteſio prefectros e Culua aggrediunt.

Vi ingredit hoſpitiũ prefectorũ e Culua Corteſi⁹ ⁊ eos omnes interimunt preter vnum.

tos neci dedimus, & tam cito auditus est tumultus ab his, qui in presidio erant (cum in alto, & ædito loco cõsisterent) qui Ciuitati, & planitiei imminebat circumcirca, & fere tam celeriter venere ad Ciuitatem, vt opem ferrent suis, sicut illi, qui intus erant, exiuerunt, & proficiscebantur ad triginta milia hominum in eorum subsidium, quæ gens erat ornatior, quam aliqua, quam hactenus viderimus, portabant multa emblemata ex auro, argento, & plumis, & cum Ciuitas sit ampla, ignem iniicere cæpere per eum locum, per quem ingrediebantur, quod mihi ab Incolis nunciatum est, & ideo equitibus progressus sum, pedites enim iam erant labore affecti, & irruimus in eos, hostes vero retrocessere ad difficilem transitum, tamen illum occupauimus, & secuti fuimus eos in ascensu lãceis feriendo multos montem arduum ascendendo, & adeo arduum, quod cum deuenimus ad mõtis cacumina nec nos, nec hostium aliquis nos mouere poteramus, & multi ex illis nimio calore oppressi moriebãtur, sine aliquo sibi illato vulnere, & duo ex equis nostris stiterunt, quorum alter mortuus est, opẽ nobis tulere multi Indi ex amicis nostris, quorum aduentu hostibus maximum damnum intulimus, quia cum hostes essent lassitudine oppressi, nostri autem a quiete recentes: parum obstiterunt hostes, & adeo, quod campus, qui prius viuis plenus cernebatur eis esset vacuus, mortuis autem refertus, deuenimus ad casulas, & hospitia ab eis nouiter constructa in tribus locis, quorum quilibet magnæ Coloniæ situm occupabat, qui præter milites familiaribus plurimis vtebantur, & apparatus pro castris multos congesserant ibidem, quia inter eos erant plurimi primates, quæ depopulata, & igne consumpta fuere per Indos nobis amicos, ex quibus (vera refero Maiestati Vestræ) conuenerant ad centum milia hominum, & vltra, & hac victoria expulimus omnes hostes a prouintia vsque ad quosdam transitus pontium, & difficiles egressus, quos illi occupabant: Nos vero reuersi sumus in Ciuitatem, vbi ab Incolis benigne fuimus recepti, & ibi quieuimus per dies tres, quiete enim egebamus: Interim Vnius magnę Colonię Incolæ accessere ad me oblatum se seruitio Celsitudinis Vestræ, quæ Colonia est sita in cacumine montium illorum per leucas duas a Castris hostium iam dictis, & etiam in ipsius montis radice, vnde alias dixi illum fumeum globum exire, quæ Colonia nuncupatur Ocupatuyo, & asseruere Dominum, qui prius eisdem dominabatur secutum illos e Culua eo tempore, quo per ea loca fuimus: Ratus nos non prius moraturos, quam

Nota Indorum celeritatem in suis opem ferendo.

Nota arduũ ascẽsu mõtem

Plurimi ex hostibus e Culua ab Hyspanis interficiũt

Nota maximã Indorum Cortesio amicorũ ad opem perferendam Hyspanis multitudinẽ.

veniremus ad eius Coloniam, & iam per multos dies voluerant meam amicitiã inire. & accessissent ad pręstandũ obedientiam Maiestati Vestræ, sed Dominus eorum noluerat, nec passus fuerat, quamuis multoties ab eo petiissent, nũc velle eos Celsitudinis Vestræ seruitio subiici, ibi remansisse fratrem dicti eorum Domini, qui eius semper fuit opinionis, & sententiæ, & impræsentiarũ ille dicto Dominio potiretur paterer ęquo animo, & quamuis ille reuerteretur consensum non pręstarem, vt in Dominum reciperetur, quia nec illi eum reciperent, Respondi, quod cum hactenus secuti fuissent factiones illorum e Culua, defecissentq́ a Vestræ Maiestatis Seruitio, tamen condonare constitueram tam bonis quam personis eorum, ex quo venissent, & dixerant Dominum defectionis, & elationis suæ fuisse auctorem, ego nomine Celsitudinis Vestræ pręteritis erroribus indulgebam, illosq́ recipiebã, & admittebã ad suũ Regale seruitiũ, volebamq́, si in futurum in huiusmodi errores inciderent a me grauiter punirentur, castigarenturq́, si vero fideles Celsitudinis Vestræ vasalli existerent, ego Regali nomine Maiestatis Vestræ maximo fauore, & auxilio eos prosequerer, & sic polliciti sunt: Ista Ciuitas Guacachula sita est inplanitie ab vno latere magnis, & asperrimis verrucis adherens, ab alio vero latere vndiq́ planitiem circumdant duo flumina per iactum balistę inter se distantia, & eorum quodlibet altissimos habet anfractus, & profundos, adeo quod obstantibus dictis anfractibus ad eam ab eo latere pauci sint ingressus, & qui reperiuntur sunt difficiles in ascensu, vt vix equitando superari possint, Ciuitas est circumdata munitissimis męniis ex politis lapidibus, & calce fabrefactis ad altitudinem quatuor hoĩs stat⁹ extra Ciuitatem. Intus autem męnia fere solum ęquat, & vbiq́ męniis supereminet murus altus ad dimidiũ hoĩs statũ circũquaq́, quo eisdem pręliantes se tueri valeant; habet quatuor ingressus tam latos, quantum eques cõmode ingredi potest, & quilibet ingressus habet tres, aut quatuor reflexus in ipsis męniis, vbi pars muri aliam ingreditur, est semper in męniis quãtitas lapidum maxima, quibus in certamine vtantur, Ciuitas aũt continet ad quinq́, aut sex milia domorum, & sunt in pagis sibi subiectis totidẽ, & vltra, est maximi ambitus, quia in ea habẽtur multi hortuli, & fructus varii. Postquam per dies tres in ea Ciuitate nos quieti dedimus. Profecti fuimus ad aliam Ciuitatẽ noĩe Izzuacan, quæ abest per leucas quatuor a dicta Ciuitate Guaçachula, audierã enim plures ex hostib⁹ e Culua in ea in

Indorũ excusatio quare citius obedientiam nõ pręstiterint.

Responsio a Cortesio Indis facta.

Ciuitatis Guacachula descriptio.

Ciuitatis guacachula męnia describuntur.

præsidio cõtineri, & Incolæ Ciuitatis, & alior circũuicinor loco-rum eis subditorũ maxime fauebãt illis e Culua, quia Dñs illi9 erat oriundus e Culua, & affinis Domino Muteezuma: Proficiscebant̃ mecũ tot ex Incolis illarũ prouintiarũ Maiestatis Vestræ Vasallis, ꝙ fere operiebãt campos, quos prospicere poteram9, & in rei veritate confluxerãt vltra centum, & viginti milia hominũ, & deuenimus ad iam dictã Ciuitatẽ Izzucan hora fere decima, que erat vacua mulieribus, & pueris, & cõsederant in ea quinqꝫ, aut sex milia militũ optime ornatorũ, & dum Hyspani aliquãtulũ processissent, Ciuitatẽ tueri incẹpere, tamẽ cito eam deseruere, & quia locus ille, per quem fuimus ducti, vt eam ingrederemur, erat mediocris, & facilis, eos per vniuersã Ciuitatẽ fuimus insecuti, & eos ex mẹniis se deiiecere coegim9 in fluuiũ, qui ab alio latere totam dictã Ciuitatẽ circũdat, cui9 fluuii pontes omnes cõfregerãt, & deiecerant, & aliquantulũ moræ traximus in eo transeundo, & eos per leucã cũ dimidia, & vltra insecuti fuimus, & ex eis, qui fuga salutẽ non cõpararũt, paucos superfuisse arbitror: In Ciuitatẽ reuersus misi duos ex Incolis dictæ Ciuitatis, quos captiuos detinebã, vt primates Ciuitatis alloquerent̃, nam eorũ Domin9 hostes e Culua fuerat secutus, qui ibi in prẹsidio collocati fuerãt, vt illis in Ciuitatem reuerterentur, suaderent, & ego Vestræ Maiestatis nomine illis pollicebar, ꝙ si in posterũ fideles Maiestatis Vestræ Vasalli essent futuri, a me optime haberentur, & post eorum discessum ad tres dies affuere aliqui ex primatibus dictæ Ciuitatis ueniam petentes commissorum, excusantes se aliter facere non potuisse, quoniam Domini sui mandata fuerant executi, pollicebant̃qꝫ, postꝙ̃ ille discesserat, & eos deseruerat post hac Maiestati Vestræ optime, & fideliter inseruire velle, ego eis fidem meã sũ pollicitus, & commisi, vt tuto domum reuerterentur, adducerentqꝫ vxores suas, & filios, qui erant aliis in locis, & pagis eiusdem factionis, iussiqꝫ vt alios quoqꝫ Incolas illius prouintiẹ alloquerentur, vt ad me proficiscerent̃, quia parcerem commissis per eos, nec expectarent, ꝙ aggrederer eos, quia maximũ damnum essent perpessuri, & ego moleste ferrem, & ita euenit, quoniam post duos dies reuersi sunt Incolæ ad dictam Ciuitatẽ Izzuacan, & omnes circumuicinẹ Coloniæ venere oblatum seruitium suum Vestræ Maiestati, seqꝫ in vasallos, & prouintia illa remansit maximo iuncta fẹdere Incolis de Guacachula: fuit dissensio, cui pertineret Dominium illius prouintiæ absentia Domini illius, qui discesserat, & iuerat ad Mesico, & quamꝙ̃ aliquæ intercesse-

Nota innumerã Indorum Cath. Ma^ti subiectorum multitudinẽ Cortesio coniunctam.

Deiiciunt se a meniis Indi Hyspanorum metu.

Veniunt Incolẹ ciuitatis Izzuacan a Cortesio ueniam petentes.

Reuertunt̃ in ciuitatẽ Incolẹ ciuitatis Izzuacan.

rant altercationes, & factiones inter filium quẽdam spurium dicti Domini naturalis illius prouintiæ, q fuerat interfectus a Domino Muteezuma, & imposuerant eum, qui modo Dominabatur, & collocauerat ei in matrimonium neptem suam, & nepotem dicti naturalis Domini filium cuiusdam filiȩ legtimȩ, quȩ erat iuncta matrimonio Domino Ciuitatis Guacachula. & procreauerat illũ filiũ nepotem Domini naturalis de Izzuacan, tandem inter eos conuentum est, vt ille filius Domini Guacachula hereditate potiretur. qui descendebat a legittima linea veri Domini illi9 Dominii, & quamuis ille alius esset filius, cũ esset spurius non debebat succedere in Dominio, & in mei prȩsentia obedientiam prȩstarunt dicto puero, qui ȩtatis annorum decem erat, & quoniam nõ erat ætatis adultæ, vt regnare posset, Constituerunt, ꝙ illeeius patruus spurius, & alii tres primates, vnus ex Ciuitate Guacahula, & duo ex Izzuacan essent gubernatores prouintiȩ, puerumqꝫ in sua haberẽt potestate, donec esset ætatis ad regẽdũ aptæ, Ista Ciuitas Izzuacan habet ad mille, & quingentas habitationes, & ẽ egregie cõstructa in vicis suis, habebat cẽtũ domos ad Meschitas, & oratoria, munitissimas cũ suis turribus. quæ omnes cumbustæ fuere, est autem sita in planitie ad radicem vnius collis mediocris, vbi est munitũ fortiliciũ ab vna parte, a parte vero alia planiciem versus circumdatur profundo fluuio, qui prȩterlabitur mæniis, & fluuius anfractu circumdatur, qui maxime est profundatis, & anfractui insidet paru' mur9 ad dimidii hoĩs statũ altitudinẽ, in quo erant multi congesti lapides, habet vallem rotũdam vberrimã fructibus, & bombice, nam in superiorib9 montibus nõ nascitur ob ingentia frigora, ibi autem est calidior tellus, & ea ex causa procedit, quia montibus circũdatur, & omnis hæc vallis irrigatur plurimis riuulis bene cõpositis, & paratis, hac in Ciuitate moram traxi, dum suæ restituerentur pristinȩ habitationi: Illuc accesserunt, vt offerrent se in Vasallos Maiestati Vestræ Dominus vnius Ciuitatis, quæ vocatur Guagucingo, & Domin9 alterius Ciuitatis, & sunt per decem leucas ab ista Ciuitate Izzuacã, & sunt contermine prouintiæ Messico. Venerunt etiam ab octo Coloniis illius prouintiȩ Caastoaca, quæ est vna ex prouintiis, de quibus in antecedentibus capitulis memini, quam Hyspani viderant, quos ad colligendum aurum ad prouintiam Cucula in qua, & illa de Tamacula, quæ est sibi cõtigua, dixi esse maximas Colonias, & bene constructas, & ex melioribus politis lapidib', quam in aliqua istarum partium viderimus hactenus, quæ pro-

Nota etiã in illis partibus esse dominãdi cupiditatem & ob id homines dolo necari.

Dat ciuitas Izzuacan Nepoti dñi Guacachula.

Nota egregiam ciuitatem in edificijs & Meschitis.

Nota Regionis vbertatem & amenitatem.

uintia Castaoceaca abest quadraginta leucis e Ciuitate Izzua-
can: Incolę dictarum Coloniarum obtulerunt se similiter in vasal-
los Vestræ Celsitudinis. & affirmauere quatuor quoq; esse Colo-
nias in dicta Prouintia, quæ cito venirent, & dixerũt, ꝙ illis indul-
gerẽ, si prius non venerant, quia Prius non ausi fuerant venire ti-
more illorũ e Culua, quia illi nunq̃ cęperant arma contra me.
nec aliquorũ Hyspanorũ neci interfuerant, & post pręstitam obe-
dientiam animo semper fuerant boni, & fideles Celsitudinis Ves-
træ Vasalli. tamen non ausi fuerant demonstrare metu eorũ e Cu-
lua, vt prius dixerant: Adeo ꝙ Sacræ Cęsareę, & Catholicæ Ma-
iesti Vestræ ꝓmitto, ꝙ si Deo Optimo Maximo placuerit, & Cel-
situdinis Vestrę fato breui acquiremus ea, quę amisimus, aut par-
tẽ eorũ, quia indies veniũt plurimæ prouintię, & Ciuitates oblatũ
se seruicio Vestræ Celsitudinis, quę prius subiiciebantur Domi-
nio Domini Muteezuma. & qui id faciunt benigne a me recipiũ-
tur, & habentur, & qui renuunt indies destruuntur. Ab eis, qui in
Ciuitate Guacachula capti fuerant, & pręcipue ab eo, quẽ vul-
neribus affectũ me cępisse memoraui, res Ciuitatis Temixtitan
sigillatim cognoui, & post Domini Muteezuma obitũ sciui fra-
trẽ ei9 Dominio potitũ Dominũ Ciuitatis Iztapalapa, vocat̃q;
Cuetrauacin, de quo iam memini, qui ideo succesit, quia in põ-
tibus apud Ciuitatẽ temixtitan desideratus fuerat filius primoge-
nitus dicti Domini Muteezuma, duo vero alii, qui viuebant, erãt
Dominii incapaces, alterũ enim fatuum, alterũ paraliticũ assere-
bant, propterea fertur fratrẽ suũ Dominio potitũ, & etiam quia
nobis bellũ intulerat, & habebatur vir strenuus, martialis, pari-
ter, & sapiens, & audiui, ꝙ ipsi muniebant tam magnã Ciuitatem,
q̃ alia loca Dominii sui, & noua multis in locis męnia cõstruebãt
& fossas, & pręparabant multa genera armorũ, & pręsertim lon-
gas lanceas, quas picas appellam9, cõtra equos, e quibus aliquas
vidimus, quæ in ista Prouintia Tepeaca repertæ sunt, aliquæ, qui-
bus nobiscum pugnabant In illis magnis habitationibus, in qui-
bus hospitabantur in Guacachula, & similiter inuenimus quas-
dam ex eis in dictis hospitiis, & alia plurima cognoui, quæ ne
tędio sim Celsitudini Vestræ prætermitto, Mitto ad Insulã Hys-
panã naues quatuor, vt illico acceptis militib9, & equis in nostrũ
subsidiũ reuertãt, & alias quatuor, vt in dicta Insula emãt equos,
arma, balistas, & puluerem ad tormenta, quia istis in partibus
magis indigemus, pedites enim tanta multitudine præmente par-
mis breuibus pa um prosũt, habenturq; in his partibus tot mo-

Subdũt se in vasallos Sa. Cath. M. Incolę ciuitatis Castaoceaca.

Bonã Cortesij fiduciã nota

Qui post mortem dñi Muteezuma fuerit effect9 Dominu9 ciuitatis Temixtitan.

Mittit Cortesius naues quatuor cũ pecuniis ad Insulam Hyspanã ad milites adducendos.

nitæ, amplæ, & egregiæ Ciuitates, & fortilitia: Scribo preterea Licentiato Rodorico de figueroa, & officialibus Vestræ Celsitudinis, qui resident in dicta Hyspana insula, vt huic negotio omnē fauorē, & possibilē operam exhibeant, cum illud conducat seruitio Vestræ Celsitudinis, & conseruationi eorū, quæ acquisiuimus, & tutela nostrorū corporū, quia postq̃ venerit dictum subsidium, animo insidet velle reuerti ad illā magnam Ciuitatē Temixtitan, & diuino confido auxilio, ꝙ illam breui in meam redigā potestatē, quēadmodū pri9 habebā, & amissa recuperabim9: Isto interim do operam, vt fabricentur duodecim bergantini, & aliæ Imphratæ naues ad lacum transeundū, & modo sumus in labore clauorū, tabularū, & reliquorū lignorū, quæ omnia terra apportari curabim⁹, vt cito cōiungi possint, ad quos in prōptu sūt vela, pix, stuppa, remi, & omnia necessaria. Et certiorem Maiestatē Vestrā reddo, ꝙ vsq; quo hunc finē fuero consecutus, non arbitror posse quiescere, & cessare, vt perquiram omnes mihi possibiles vias, postpositis periculis omnibus, & expensis, quæ fieri possunt.

Dirigit naues cū litteris ad insulā Hyspanā Cortesi⁹

Curat cōstruendos Bergātinos Cortesi⁹ vt cōtra ciuitati Temixtitan bella gerere possit.

¶ A duobus diebus redditæ mihi sunt litterę a locumtenente meo in Ciuitate Veræ Crucis, ex quibus percæpi nauim paruā ad portū applicuisse cū triginta hominibus connumeratis nautis, & militibus, quæ aduētasse dicebatur ad perquirendū eos, quos Franciscus de garay ad has prouintias destinauerat, de quibus alias Celsitudini Vestræ retuli, & maximā cōmeatuū se passos egestatē asserebant, & talem, ꝙ nisi ibi auxiliū sibi allatū fuisset, ad vnū fame, & siti periissent, & ab eis cognoui illos peruenisse ad portū Panuco, & cū per dies quadraginta in eo morā traxissēt, aliquem in eo fluuio, & prouintia non vidisse, propterea arbitrabantur ex hiis, quæ sucessere prouintiam illā inhabitatā permansisse, & pariformiter eis narrauerant iidem, ꝙ immediate duæ naues dicti Francisci de garay eos subsequi debebant, cū militib9, & equis, & credebant eos iam ad inferiora littora penetrasse: Iccirco mihi visū est conducere Celsitudinis Vestræ seruitio, ꝙ illæ naues, & in ea existentes non amitterentur, eo prius monito de gestis, & actis in Prouintia, quia incolæ illius plus dāni inferre possent, Iussi dictam nauē alias ire quæsitū, illasq; certiores redderet de his, quæ successerant, & venirent ad portū dictæ Ciuitatis Veræ Crucis, vbi prefectus, quem primo dictus franciscus de garay destinauerat, eos prestolabatur. Deo. Optm. Maxi. placeat, vt

Peruenit parua triremis in portū Veræ Crucis Francisci de Garay

Cortesij circūspectionē nota ad omnia q̃ faciant ad vtilitatem dñi sui.

eos anteꝗ̃ in littus descendant.inueniant,quia cũ Incolæ prouin-tiæ am ad hoc animaduertant, Hyspani vero non,timeo ne max imã subeãt calamitatẽ,& hoc esset cõtra seruitiũ omnipotẽtis dei, & Vestræ Celsitudinis,& esset plus dictorũ canũ audatiã augere, vt reliquos aggrediantur, qui imposterũ essent illuc profecturi, In proximo superiori capitulo exposui me percępisse post mortẽ Domini Muteezuma cõstitutũ in Dominũ fratẽ suũ nomine Co-retacuacin,qui genera varia armorũ congerebat, & magnã Ciui tatẽ,& omnes lacui adherentes muniebat, nunc a paucis diebus ad me delatũ est: Coretacuacin nuncios suos misisse ad omnes ꝓ uintias, & Ciuitates sibi subiectas nuntiatũ suis Vasallis ,eum eis omnia tributa,& obsequia,quæ sibi præstare tenentur ex gra-tia remittere.& nil eidem dent.aut,soluant. dũmodo modis om-nibus,quibus possent contra Christicolas bella gererent, donec eos aut interficerent,aut a prouintia expellerent,& similiter bella gererent omnibus istarũ prouintiarũ Incolis, qui nobis amicitia, aut fædere iuncti essent, Confido tamen in Deo.Opt.Max, nil ad eorũ vota successurũ, versor tamen maxima in necessitate, vt opem feram Indis amicis nostris, in dies enim confluunt e multis Ciuitatib9,& Coloniis ad auxilia exposcẽda contra Incolas e Cu-lua suos,& nostros hostes, qui illis quantũ facere possunt, bella inferunt.quia nobis amicitia ,& fædere iuncti sunt,ego autem lo-cis omnibus.vt animo concipio,opem ferre non possũ, tamen vt dixi.Deo.Opt.Max.nostris exiguis viribus supplere Placebit, & propediẽ mittere auxiliũ,& suũ,& quod ex Insula Hyspana ac cersitũ destinaui.

Timet Cortesi9 naues Frã-cisci de Garay damnũ aliqd in fluuio Pa-nuco perpessu ras.

Nota domini Temixtitan preparamẽta contra Hyspa nos.

Cortesij ne-cessitatẽ nota vt amicis aux-ilio esse possit.

¶ Per ea,quæ vidi, & comprębendere valui circa similitudi-nẽ quã omnes istæ Prouintiæ habent cum Hyspaniis tam in fęcũ ditate,ꝗ̃ in magnitudine, & frigoribus, quę in illis habentur, & multis aliis rebus, quibus illi ęquiparãtur, mihi visũ est conueni entius nomen eisdẽ Imponi non posse , nisi ꝙ appellẽtur Noua Oceani Maris Hyspania.quod nomen Sacræ, & Catholicę Ma-iestatis Vestræ noĩe eisdẽ impositũ est : Supplico Celsitudo Ves-tra dicto nomini assentire dignetur.& ita eam nominari commit-tat.

Nouã maris Oceani Hys-paniã appellat Cortesi9 de-tectas ab eo terras a simili tudine loci.

¶ Scripsi Maiestati Vestræ (quamuis Inculte) omniũ. quæ in his partibus successere veritatẽ, & ea,quæ Maiestatẽ Vestrã

plus ſcire oportet, & aliis meis annexam mitto ſupplicationem, vt illa huc deſtinet virum, cui maxime per Maieſtatem Veſtram ſit fides adhibenda, qui de omnibus informationem capiat.

¶ Altiſsime, ac Potentiſsime Princeps Deus Optimus Maximus vitam, & Regalem perſonam, & Potentiſsimum ſtatum Veſtræ Catholicæ Maieſtatis conſeruet, & augeat per longa tempora cum augmento: Maiorum Regnorum, & Dominiorum, ut Regale cor ſuum deſiderat. Ex ſecuritate finium Nouæ Hyſpaniæ Maris Oceani triceſima Octobris Milleſimo Quingẽteſimo Vigeſimo.

¶ Explicit ſecunda Ferdinandi Corteſii Narratio per Doctorem Petrum Sauorgnanum Foro Iulienſem ex Hyſpano Idiomate in latinum Conuerſa. Impreſſa in Celebri Ciuitate Norimberga. Cõuentui Imperiali pręſidente Sereniſsimo Ferdinando Hyſpaniarũ Infãte, & Archiduce Auſtriæ Sac: Ro. Imp: Locũt. Generali

Anno. Dñi. M. D. XXIIII: Quar. No. Mar.

Per Fridericum



Peypus.

Arthimeſius.

Errata in imprimendo.

Fo,1.fa.2.li.6.delatum pro relatũ esse. Fo. 2.fa.1.l.3.Valazquez pro Velazquez Fo.3.Fa.2.li.22.memeni pro memini Nota in Fo.4. Fa.1.li.3.in dictiõe optime deest.t.Fo.4.Fa.1.li.vl.circdabant pro Circumdabãt. Fo.5.Fa.1,li.8.qui pro quod Fo.6.Fa.1.li.19. venerãt pro euenerant. Eadem fa,li.28.prçeliari pro prçliari Fo.7Fa.1,li,2. perpatrauerant pro perpetrauerant Fo.8,Fa.2.li.1. poterant pro potuerat Fo.eodẽ.Fa.1.li,2.leucas pro leucis Fo.eodẽ&.Fa.li.38. redigere pro redegere Fo.10. Fa.1.li.38.nec pro aut Eadẽ.fa.li. vlt. euenirẽt pro venirent Fo.10.Fa,2.li.26. prosecut⁹ pro prosecuturus Fo.11.Fa.2.li.6,ante.omnes .ponatur,& Fo.11.Fa. 2.li.16.post Conuenere de est eos Fo,12.Fa.1.li.1.reducturum pro reducere Fo.12.fa.1.li,24. fit pro sit Fo.12.Fa.2.li.26. domo pro dono parasides pro paropsides Fo.13.Fa.1.li.i, impleret pro adimpleret Fo.13.Fa.2.li.15. proscrutandum pro perscrutandũ Fo.15. Fa.1. li.9. essent pro esset. Fo.16.Fa.2.li.39.scriptnris ꝓ scripturis. Fo.17.Fa.1. li.9 cusceſſores pro succeſſores Fo.18.Fa.1.li. penul. fnerant pro fuerant Fo.18,Fa. 2.li.30.hac detentione pro quod hac detẽtione Fo.19. Fa.1.li.2. puenire pro prouenere Fo.19.Fa,1.li.12.eiusdem ꝓ eius Fo.19.Fa.2.li. 30. pro qualibet prouintia pro ad quãlibet prouintiam Fo.20.Fa.2. .li.20. Continentes pro Continentib⁹ Fo.21.Fa,1.li,8 quos pro quç Fo.22.Fa.1.li.16.fecudisimum pro fecundiſſimũ Fo.eo,Fa.eo. Constra pro Contra Fo.25.Fa.1.li.3.in littore pro littorĩ Fo.26.fa.1.li.16 cannalib⁹ in quibus libris est in neutro quod in masculino esse debet Fo.28.Fa.2.li.11.morantur & egrediuntur pro morabantur & egrediebãtur. Eo fo.& Fa.li.16. discumbehãt pro discubebãt Eo.fo.&.fa. li.24.poterat pro poterant, Fo.30.Fa.1.li.27. Iuberẽ pro Iubebam. Eo.Fo.Fa.2.li.3. gubernatoris pro gubernatorq;. Eo.Fo,&.Fa.li.30 leone pro a leone. Eo Fo. &Fa.li.35. veazquez pro uelazquez Fo 32.Fa,2.li.38 nomine pro nemine. Fo.35.Fa.2.li.17. dimisaram pro dimiseram. Eo.Fo.&.Fa.li.24. Canoan pro Canoam. Eo.Fo. & fa li.35.patiabantur pro patiebãtur Fo. 36. Fa.1.li.26. ante clamans deest rediit.

Inuenies preterea forte alia plura lector optime,quç aures tuas offẽdent,displicebuntq;, Ignoscas velim, nam temporis breuitas effecit, q̃ omnia perpendi non potuerint.

Ex isto fluuio conducunt
Aquã in ciuitatem,

Atacuba,

Forũ,

Templum vbi sacrificant,


Capita sacri ficatorũ,

Lapideũ

Capita sacrificatorũ,

Dom9 aı̃aliũ

TEMIX
TITAN


Res fuerat quondam prestans, & Gloria summa
Orbis subiectus Cesaris Imperio,
Hic longe prestat, cuius nunc Orbis Eous,
Et Nouus, atq; alter panditur Auspitijs.
Templum vbi sacrificant,
TEMIXTITAN
Capita sacrificatorum
Dom⁹ aialiũ
Santo Anton
Sant andres
yucatan
Puncta de Cuba
La Florida,
Rio panu
colaoton,
R. la palma
R. de Arboledas
Quilibet punctus magnus continet leucas duode
cim cũ dimidia, ita q duo magni puncti continent
viginti quinq; leucas, Cõtinet autẽ leuca quatuor
Italica miliaria, ita q omnes puncti qui hic cõspi
ciuntur continent centum leucas.

